

Steganographia (Secret Writing), by Johannes Trithemius. 1500.

Part 1.


Edited by Joseph H. Peterson, 1997-1998.

Note: If you find this document and others in the archives useful, please do not copy except for private use.

This is Trithemius' most notorious work. On the surface it is a system of angel magic, but within is a highly sophisticated system of cryptography. It claims to contain a synthesis of the science of knowledge, the art of memory, magic, an accelerated language learning system, and a method of sending messages without symbols or messenger. In private circulation, the Steganographia brought such a reaction of fear that he decided it should never be published. He reportedly destroyed the more extreme portions (presumably instructions for prophecy/divination) but it continued to circulate in mss form and was eventually published posthumously in 1606.

Many of the details of the spirits described here also occur in Lemegeton.

Note on orthography: Because this work deals with hidden writing I have made every effort to preserve the original orthography. Because of the limitations of HTML, tildes (~) which appear above certain letters in the original text are here represented by the letter followed by the tilde, i.e. \tilde{u} is here

written 'u~'. They generally represent 'n' or 'm'.  = 'q_e' = 'que'. The typographer's marks 'Schwartz' and 'Roth' evidently refer to text written with black and red ink in the original manuscript.

STEGANOGRAPHIA

Hoc est:

ARS PER OCCULTAM SCRIPTURAM ANIMI SUI VOLUNTATEM ABSENTIBVS

aperiendi certa;

AVTHORE

REVERENDISSIMO ET CLARISSIMO VIRO,
IOANNE TRITHEMIO, *Abbate Spanheimensi, &
Magia Naturalis Magistro perfectissimo.*

PRAEFIXA EST HVIC OPERI SVA CLAVIS, SEV
vera introductio ab ipso Authore concinnata;

HACTENVS QVIDEM A MVLTIS MVLTVM DE-
siderata, sed a paucissimis visa:

Nunc vero in gratiam secretioris Philosophiae Studioforum
publici iuris facta.

Cum Privilegio & consensu Superiorum.



DARMESTADII.

Ex Officina Typographica Balthasaris Aulzandii, Sumptibus vero
IOANNIS BERNERI, Bibliop. Francof.

ANNO M. DC. XXI.

STEGANOGRAPHIA:

Hoc est: ARS PER OCCULTAM SCRIPTURAM ANIMI SUI VOLUNTATEM ABSENTIBVS
aperiendi certa;

AVTHORE

REVERENDISSIMO ET CLARISSIMO VIRO,

IOANNE TRITHEMIO,

Abbate Spanheimensi, & Magiæ Naturalis Magistro perfectissimo.

PRÆFIXA EST HVIC OPERI SVA CLAVIS, SEV vera introductio ab ipso Authore concinnata; HACTENV S QVIDEM A MVLTI S MVLTV M Desiderata, sed à paucissimis visa: Nunc vero in gratiam secretioris Philosophiæ Studiosorum publici iuris facta.

Cum Priuilegio & concensu Superiorum. DARMSTADII, Ex Officina Typographica Balthasaris Aulæandri, Sumptibus vero IOANNIS BERNERI, Bibliop. Francof. Anno M, DC. XXI.

LECTORIS.

Monendus es, Candide Lector, literarum R. & C. (in hoc Opere alias numeris, alias characteribus, alias verbis vel in pagina superscriptarum, vel in margine adiectarum) illam rubricæ, seu rubri coloris, hanc vero atramenti, seu nigri coloris notam este. Quin & hoc obseruabis: singulos singulorum capitum titulos itidem rubrica esse depingendos & ormandos. Cuius rei momentum è præfixa Operi Clauetas, licet. Vale.



INCIPIT LIBER

PRIMVS STEGANOGRAPHIÆ IOANNIS TRITHEMII AB-

batis Spanheimensis, Ordinis S. Beedicti,

Moguntinensis Dioecesis,

AD

SERENISSIMVM PRINCIPEM, DOMINVM PHILIPPVM, COMITEM PALATUNVM

Rheni, Ducem Bauariæ, Sacrique Imperij Principem Electorem, &c.



ANTIQUISSIMOS Sapientes, quos Græco sermone Philosophos appellamus, si quæ vel naturæ, vel artis reperissent arcana, ne in prauorum hominum notitiam deuenirent, variis occultasse modis atque figuris, eruditissimorum opinio est. Moysen quoque israeliticae gentis famosissimum Ducem in descriptione creationis Coeli & Terrae ineffabilia mysteriorum arcana verbis operuisse simplicibus, doctiores quique Iudaeorum confirmant. Diuus etiam & inter nostros eruditissimus Hieronymus tot pene in Apocalypsi Ioannis mysteria latere affirmat, quot verba Graecorum Sapientes non paruae apud suos aestimationis praetereo: nostrossque & Philosophos & Poetas doctissimos intermitto, qui fabulis conscribendis operam nauantes, aliud imperitis, atque aliud eruditis hominib. vnius narrationis serie sagaci adinuentione tradiderunt. Hos ego Sapientiae studiosissimos amatores et si propter ingenij tarditaters perfecte imitari nequeo: admirari tamen & qua possum sedulitate legere non omitto. Quia cum illos magna praecaeteris hominibus proprio studio excogitasse considero, meipsum quadam violentia confricans, vt incalescam, ad aliqualem vel cum nouissimis imitationem praecedetium impello. Nec me penitus, vt reor, fefellit opinio; quippe qui & multa, quae prius nesciueram, per continuum legendi studium didici: & cogitationibus meis adinuestigandum secretiora & prorsus arcana caeteris aditum reseraui. Nam et si non sum tantae vel eruditionis vel industriae, vt me illum antiquorum sapientum mysteria occultandi modum apprehendisse ex omni parte ausim profiteri: modos tamen quosdam & multos & varios, non penitus (vt mihi videtur) contemnendos reperi, quibus mentis meae secretissimam intentionem alteri hanc artem scienti, quam latissime voluero, secure & absque illusionem, suspitione, vel deprehensione cuiuscunque per apertos vel nuntios vel literas possum intimare. Et huius secretissimae artis ad inuentionem nouam ad instantiam Serenissimi Principis, Dom. Philippi, Comitis Palatini Rheni, Ducisque Bauariae, ac Sacri Romani Imperij Principis Electoris semper inuictissimi, Philosophorum omnium sapientissimi Mecoenatis, quo nullus mihi dignior visus est, cui hoc magnum secretum reueletur, literis commendaui, & non sine maximis laboribus in subiectum volumen comportauit. Ne autem hoc magnum secretum in aures vulgarium imperitorum aut prauorum hominum perueniat, officij mei rationem existimaui non vltimam, ita illud, quoniam mysteria docet intelligere nescientem, mysterijs obuoluere, vt nemo futurus sit ex imperitorum numero, nemo nisi studiosissimus, qui huius scientiae arcanum sua possit virtute perfecte & ad intentionem nostram penetrare ad plenum, nisi per receptionem à docente, quam Hebraei Cabalam, mysterijs praepositam occultissimis, appellant. Nec minus Reipubl. noceret huius secretissimae artis in improbos & reprobos diuulgata notitia, quam prodesset in bonos. Quoniam quidem sicut boni & virtutum studiosi homines omnib. adinuentis vtuntur ad bonum & communem vtilitatem: ita mali & reprobi non modo ex malis, verum & ex bonis atque sanctissimis institutis occasiones sibi venantur, quib. deteriores fiant. Simile huic nostro secretissimo & alioquin vtili Reipubl. atque honestissimo adinuento contingere potest; vt sicut bonis & sanctissimis hominib. instrumentum se praebet ad optima, ita peruersis & impijs ministerium exhibeat ad scelerata. Nam sicut bonus & honestatis amator, voluntatis suae secretum, pro bono priuato vel cōmuni, alteri hanc artem scienti, quando & quotiens voluerit, secure, secreta, & absque aliqua suspitione cuiuscunque mortalis, perfecte, copiose & integerrime per patentes omnibus, apertas vel clausas literas (ita vt nemo, quantum libet eruditus, aut curiosus, quicquam valeat suspicari de secreto mittentis, nec, etiam si suspicatur, deprehendere) omni tempore notificare potest, & ad quamlibet distantiam locorum intimare & exprimere: ita & peruersus quisque lubricus, aut malitiosus, etiam Latini sermonis penitus antea ignarus, mox vt hanc artem consequutus fuerit (quam me docete in biduo ad longissimum consequi poterit) iam deinceps Latino sermone, compositione congrua literas scribet qualibet narratione apertas, pulchras & satis ornatas, ad me vel ad alium in hac arte peritum,

quibus voluntatis suae arcanum mihi soli perniū tantis mysterijs virtute Cabalistica obuoluet, vt à nemine penitus, quantumcunque studioso vel erudito, sine huius artis, de quibus sum dicturus, spiritibus valeat penetrari. Scriberet iam deinceps doctus & indoctus, vir & mulier, puer & senex, bonus & malus, pudicus & lasciuus, Latino vel quocunque sermone sibi noto, per omnia climata mundi literas Latinas, Graecas aut barbaras omni suspicione carentes, quib. aliud nescientibus artem exhiberet in patulo, atque aliud scientib. in occulto. Nec tuta inter coniugatos fides contracta sacramento, hac scientia publicata in reprobos, iam deinceps maneret: dum vxor, licet Latini sermonis hacentus inscia, per verba pudica, honesta atque sanctissima cuius libet linguae vel idiomatis iam satis docta, malam & impudicam amatoris adulteris seu fornicatoris mentem & intentionem, licet viro perferente literas ac collaudante, vt optimas, latissime intelligere, suumque desiderium eodem modo quam late & copiose voluerit, illi securissime eisdem vel alijs literis pulchra & satis admodum ornata serie posset remandare. Enimuero licet haec scientia in se sit optima, & Reipubl. satis vtilis; tamen si ad prauorum notitiam perueniret, (quod Deus prohibeat) totus Reipub. ordo per successum temporis non modice posset turbari: fidesque periclitari publica, literae omnes, instrumenta, conscriptiones, ipse denique hominum sermones in grauissimam suspensionem verti: nemo iam literis. quantum libet sanctis & honestis, absque pauore crederet. sed fidem epistolis rarus adhiberet. Quoniam quantum cunque honesta & pudica verba fuerint: semper dolus, fraus, deceptio, subesse putaretur; fierentque homines ad omnia pauidi, & non minus in amicos, quam in aduersarios vt plurimum suspiciosi. Nec fieri quisquam, etiāsi mille vixerint annis, tã doctus & expertus in hac scientia cum suo doctore poterit, vt non relinquatur infiniti modi, secrete, occultissime & sicutissime in hac ipsa arte scribendi, & pro voluntate cuius libet alicuius experti operadi ad omnia suffice~tes, quos ipse cum suo praeceptore nōdum apprehendit. Nam quem ad modu~ aorij spiritus boni & mali à summo Deo creati in ministerium & profectum nostrum (per quorum intelligentiã omnia istius artis secreta reuelantur) sunt nobis sine numero infiniti & penitus incōprehensibiles: ita nec huius artis nostrae, quam Steganographiam (secreta & arcana & mysteria, nulli mortalium, quantumcunque studioso vel erudito, patula continentem prefecte) appellamus, omnes modi, viae, differentiae, qualitates & operationes in aeternum poterunt ad plenam fieri penetrabiles. Est enim haec scientia chaos infinitae altitudinis, quod nemo perfecte comprehendere potest: quia quantumlibet in hac arte doctus & expertus fueris, semper tamen minus apprehendisti, quam illud est, quod nescis. Habet enim haec profunda secretissimaque ars eam proprietatem, vt discipulum magistro facile reddat incomparabiliter, vt ita dixerim, doctiorem: modo sit à natura ad procedendum dispositus, & in his, quae in traditione Cabalistica percepit, studiosus. Et ne quis huius operis lector futurus cu~ in processu saepe offenderit nomina, officia, ordines, differentias, proprietates, orationes, & quaslibet alias operationes spirituum, per quorum intelligentias haec secreta huius scientiae omnia clauduntur & aperiuntur; me Necromanticum & Magu~, vel cum daemonib. pactum contraxisse, vel qualibet alia superstitione vsum, vel vtentem credat vel existimet: necessarium duxi & oportunum, famam & nomen meum à tantta labe, iniuria, culpa & macula solenni protestatione in hoc prologo cum veritate vendicando praeseruare. Dico ergo & coram Omnipotenti Deo, quem nihil penitus latere potest, & coram Iesu Christo, vnigenito filio eius, qui iudicaturus est viuos & mortuos, in veritate dico, iuro & protestor: Omnia & singula, quae in hoc opere dixi, vel dicturus sum, ormesq; huius scientiae, vel artis proprietates, modi, figurae, o perationes, traditiones, receptiones, formationes, adinutiones, institutiones, mutationes, alterationes, & vniuersa quae ad eius speculationem, inuentionem, consecutionem, operationem & practicam, vel in parte vel in toto pertinent, & omnia quae in hoc nostro volumine continentur, veris catholicis & naturalibus principiis innituntur, fiuntque omnia & singula cum Deo, cum bona conscientia sine iniuria Christianae fidei, cum integritate Ecclesiasticae traditionis, sine superstitione quacunque, sine indololatria, sine omni pacto malignorum spirituum explicito vel implicito; sine suffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, sacrificio, oblatione daemonum, & sine omni culpa vel peccato tam veniali quam mortali: fiuntque omnia & singula cum veritate, rectitudine, synceritate & puritate. Vt huius adinutionis scientia, & practica ad bonum vsum, non dedebeat virum sapientem, Christianum bonum atq; fidelem. Nam & ego Christianus sum, &

monasticae conuersationi voluntarie addictus: cupioq; non aliter viuere & conuersari, quam veru~ debeat Christianum & monachum sub regula Diui patris Benedicti professum: ipsamq; fidem Catholicam secundum traditionem S. Romanae Ecclesiae suscepi à cunabulis, baptizatus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quam cu~ ipsa & vniuersali Christianorum Ecclesia teneo, credo, & quã diu vixero, cu~ Dei auxilio semper inuiolatam firmiter seruãs, corde, ore & opere tenebo, nec vnquam ab ipsa deuiare quacu~q; occasione inte~do. Procul ego sit à me, aut discere aut docere aliquid, que sit Christianae fidei & puritati contrarium, sanctis morbus noxiu~ aut regulari proposito quomodolibet aduersum. Deu~ timeo, & in eius cultu~ iurauì, à quo nec viuus, nec (vt confido) mortuus separabor.

Hanc protestationem meam non sine causa toti huic operi nostro praeopt. propterea quod nouerim plures esse futuros: qui cum ea, quae scripsimus, intelligere nequeant, ad iniurias conuersi, bona & sancta studia nostra malis artibus aut superstitiosis adinventionibus sint concessuri. His, cum futuri sint, & omnibus quicunque haec nostra synthemata sunt lecturi, atte~te supplicamus, vt si hanc secretam traditionem nostram intellexerint, perpetuo seruent occultam, nec mysteria tam miranda transfundant in publicum. Si vero non intellexerint (quod multis scimus futurum) discant prius, quam reprehendant. Enimuero temerarium se iudicem ostendit, qui priusquam causae veritatem agnouerit, profert de ea sententiam. Discite prius hanc artem, & postea iudicate: quam si nequiueritis intelligere, non ipsam (quia bona est) sed obtusa ingenia vestra reprobate. Scio enim & certus sum, neminem sanaw mentis hoc opus nostrum posse reprehendere: nisi ipsum contingat penitus ignorare. Eos autem, quibus familiarius est sapientiam spernere, quam didicisse, nec opto nec vellem haec mystica nostra penetrare.



CAP. I.

CVIVS CLAVIS ET OPERATIO TENETUR

à spiritu principali Pamersyel, anoyr madriel per ministerium ebra sothean abrulges itrasbiel. Et nadres ormenu itules rablion hamorphiel. Ad hos fit commissio omnium cum exorcismo.

HVIVS primi capituli est multum difficilis & periculis plena operatio, propter superbiam & rebellionem spirituum eius, qui non obediunt alicui, nisi fuerit in hac arte expertissimus. Nouitijs enim & minus in arte probatis non solum non obediunt, sed etiam si nimis vrgeantur, eos frequenter laedunt, & varijs illusionibus offendunt. Maliciosi & infideles sunt super omnes alios aëreos spiritus, & nulli penetus nisi maximis sacramentis compulsi obediunt, & bsecretum quod eis committitur saepè infideliter alijs astendunt. Nam mox vt emissi fuerint cum literis auolant, & ad eum cui mittuntur, sine ordine irrumpentes, sicut populus sine duce fugiens de praelio, furiosi properant & aërem suo clamore replentes saepè omnibus in Circuitu mittentis arcana manifestant. Consulimus ergò, vt nemo in hac

arte operaturus illos compellat, nec eorum ministeria ancìe requirat. Quia proterui & infideles sunt: cum plures ex his quos consequenter dicemus inuenire possit satis beneuolos, qui vltro sese offerant ad obedientiam paratos. Si quis autem proteruiam eorum experiri omnino voluerit & probare ea quae diximus esse vera, hunc modum obseruandum nouerit. Praeparet chartam in quam scripturus est cum inuocatione diuini nominis, in nomine Patris & Filij & Spiritus S. Deinde verò scribat in ea quamcuncue narrationem voluerit simplicem & apertam, quam omnes legentes intelligãt, latino, patrio vel quolibet alio sermone. Cum autem sederit ad scribendum versus Oriem, ita spiritus compellat. Pamersiel oshurmy delmuson Thafloyn peano charustea melany, lyaminto colchan, paroys, madyn, moerlay, bulre + atloor don melcour peloin, ibutsyl meon mysbreath alini driaco person. Crisolnay, lemon asosle mydar, icoriel pean thalmõ, asophiel il notreon banyel ocrimos esteuor naelma besrona thulaomor fronian beldodrayn bon otalmesgo mero fas elnathyn bosramoth. Hæc cum dixerit, videritque sibi spiritus ad obsequendum præsentés, continuet opus inceptum. Quod si nondum apparuerint, totiens repetatiam dicta, donec compareant: aut penitus intermittat, ne nimium compulsi lædant operantem. Cum autem literas compleueris, intentas mitte eas cum nuncio ad amicum in arte probatum, quas cum receperit, dicat istam coniurationem. Lamarton anoyr bulon madriel traschon ebrasothea panthenon nabrulgés Camery itrasbier rubanthy nadres Calmosi ormenulan, ytules demy rabion hamorphyn. His dictis mox intelliget mentem tuam perfecte, spiritibus iam vltro se cum impetu offerentibus & clamantibus, ita vt plerunque & alij præsentés secretum mittentis percipere valeant. Sed obserua, vt in omnibus literis quas mittis hac arte conscriptas proprium signum infigas, vt is cui scribis sciat, per quos spiritus sis operatus. Quoniam si ipse operaretur per alios ad intelligendum, & tu per alios ad mittendum nunquam in æternum obediret ei, sed pro indebita opertione & illum læderent, & secretum tuum minime reuelarent. Omnes enim spiritus quibus in hac arte vtimur, ordines & officia sibi commissa tantum custodiunt, & de aliis nullatenus intermittunt. Considera diligenter omnia quæ in isto capitulo diximus, & facilius poteris intelligere quæ in sequentibus dicturi sumus. Et vt eã quæ diximus com probemus exemplo, ponamus intentionem nostram in sermone vulgari, quam consequenter notificabimus amico modo prædicto.

Roth.

SIT ISTA INTENTIO MENTIS SECRETA

alicuius principis, quam optat scire suum vasallum absentem.

Lieber Betreuer/wir seyn in willens / durch redli-
che vrsach die von Straßburg zubefriegen vñnd mit ganser
macht zuoberfallen auff nechst Mittwoch nach Viti vñd
Modesti. Ist darumb vnser ernstliches begeren an dich / als du vns
mit Eyde vñd Gelübde verwanbt bist / vñd zu getrewen dienften ver-
bunden. Du wollest auff denselbigen Tag wol gerüst / nach deinem
vermögen / vmb vier nach Mittertage bey Strauffenburg in dem
Walde erscheinen (Hic ita erant literæ positæ) weitem bescheid da-
selbst finden würdest / nach zukommen vñd nit außbleiben / Wollen
wir in gnaden gegen dich erkennen vñ behalt diesen vnsern Anschlag
bey dir in hoher geheim / &c.

AD NOTIFICANDVM HOC SECRETVM

Roth.

Vasallo cum latiori intentione mittentis scribatur sic vel alio modo:

Omni-pote~s sempiternæ Deus qui omnia creasti ex nihilo, miserere nostri per vnigeniti filij tui in cruce morientis amarissimam passionem, qui cōceptus de spiritu sancto sine cōmixtione virili natus est ex purissima semper Virgine Maria tradensque se pro nobis voluntarie in morte~ suo sanctissimo cruore animas nostras morie~s de morte liberavit. Exaudi nos miseros ô clementissime pater, & per eiusdem filij tui dulcissimi Domini nostri Iesu Christi sacratissimi sanguinis effusione~ indulge nobis peccata nostra & infunde cordibus nostris gratiã tuã, vt te in omnib. & super omnia syncero feruore diligentes mādatis tuis semper cu~ deuotione obediamus, & mutuo amore iugiter proficie~tes nihil deinceps amemus terrenu~, nihilqueramus caducum. Tu enim es Dominus Deus noster, qui nos ad imagine~ & similitudinem tuam ab initio creasti cum nō essemus: & per dilectu~ filium tuum redemisti, cum perijssimus: quem mortuum pro peccatis nostris & sepultum tertia diea' mortuis resuscitasti, eumque gaudentibus suis discipulis, viuum per dies quadraginta in multa consolatione ostendisti. Ipsum verum Deum & hominem pura & firmissima confessione tecum in tua incircumscripibili maiestate sine fine regnātem in fine mundi denuo credimus esse venturum ad iudicandum viuos & mortuos, & redditurum vnicuique nostrum secundum opera sua. Per ipsum te rogamus, ô Clementissime pater, exaudi nos & miserere nobis nunc & in illa terribili hora, in qua per ipsum filium tuum iudicandi sumus. Respice in nos misericordissime Deus: sumus enim fragiles, & miserandi peccatores, bonis operibus nudi, qui sanctissimam Maiestatem tuam peccando in multis offendimus. Sed misericordia tua conuersi ad poenitentiam pro peccatis nostris lachrymantes gemimus: per Iesum Christum filium tuum humiliter deprecantes, vt auertas indignationem tuam à nobis, indulgeasque nobis clementer transacta crimina, perducens nos præsentī terminato exilio ad amoenitatem patriæ Coelestis. Ioan. Trithemius scripsit.

Huiusmodi narrationem simplicem & apertam vel aliam quamcunque volueris quam omnes legant & intelligant & quæ nihil contineat secreti, quamque non verearis in omnium deuenire conspectum, scribes in charta præmissa, quam diximus coniuratione Spirituum facie versa ad orientem, qua scripta intentionem tuam secretam quam volueris scire absentem coram spiritibus exprime, contestans eos vt agant fideliter, statimque auolabunt. Cum literas tuas acceperit is cui mittuntur, signo orientis cognito facie conuersus ad Orientem dicat coniurationem quam præmisimus: Lamarton, anoyr: & statim intelliget tuam intentionem secretam, quam Spiritibus commisisti pro certo.


Noth.

AD SCIENDVM SPIRITVVM LOCA,

nomina & signa, nota subiecta.

SED cum sit necessarium omni operanti in hac scientia scire loca & nomina principalium Spirituum & signa, ne morantem in meridie per ignorantiam vocet ab Aquilone, quod non solum impediret intentum, sed etiam lædere posset operantem, ponam tibi consequenter in circulo plagas in quibus principales Spiritus morantur, cum nominibus eorum & signis.

Rub.




In hac figur.. sculptoris i.. curia legitu.. Podiel pro P.. diel & Cimue.. pro Camue..

Ecce iam habes plagas orbis vniuersas, quas nosse in operatione huius artis in præsentis libro imprimis & ante omnia est necessarium, & sine quorum notitia nullus in arte sequetur effectus.

Rursus oportet te scire singulorum principalium Spirituum primos substitutos, quot sint in numero, quibus secreta mysteria committuntur: Vt scias eorum ordines, quo modo sint vocandi, & quomodo rursus emittendi ad officia sua, & quot ipsi habeant illuminatores in die, & quot lucifugos in nocte, quosque amicos & quantos soleant formidare inimicos, & de his omnibus docebo te in præsentitabula, quæ dicitur tabula directionis.

<i>Schw.</i>	<i>Roth.</i>	<i>S.</i>	<i>R.</i>	<i>S.</i>	<i>R.</i>	<i>S.</i>
<i>Oriens.</i>	<i>Pamersiel.</i>		1000.	10000.	100.	0.0.
<i>Subsolanus.</i>	<i>Padiel.</i>		10000.	200000.	10.	0.0.
<i>Eurus.</i>	<i>Camuel.</i>		10.	10.	10.	10.0.
<i>Euroauster.</i>	<i>Asiel.</i>		10.	20.	10.	0.10.
<i>Auster.</i>	<i>Barmiel</i>		10.	20.	10.	20.0.
<i>Austafricus</i>	<i>Gediel.</i>		20.	20.	10.0.	10.0.
<i>Africus.</i>	<i>Asyriel.</i>		20.	20.	120.	10.
<i>Fauonius.</i>	<i>Maseriel.</i>		30.	30.	10.0.	0.10.
<i>Occidens.</i>	<i>Malgaras</i>		30.	30.	0.30.	210.
<i>Chorus.</i>	<i>Dorothiel.</i>		40.	40.	0.40.	30.0.
<i>Subcircius.</i>	<i>Vsiel.</i>		40.	40.	0.30.	0.0.
<i>Circius.</i>	<i>Cabariel.</i>		50.	50.	80.0.	80.0.
<i>Septentrio.</i>	<i>Raysiel</i>		50.	50.	80.0.	0.80.
<i>Aquilo.</i>	<i>Symiel.</i>		10.	1000.	10.	100.
<i>Boreas.</i>	<i>Armadiel.</i>		1000.	180.	810.	00.
<i>Vulturnus.</i>	<i>Baruchas.</i>		10.	180.	810.	00.

Orientem hic velim intelligas non vbi Sol quolibet die oritur, sed eum locum in quo a principio creatus fuit, quem, æquinoctialem appellamus. Nisi enim hanc considerationem obserues diligentissime, non poteris in hac arte habere profectum. Sed etiam nunc te seriem istius tabulæ docebo ita, vt ex Vno spiritu intelligas omnes. Capiamus itaque Malgaras pro exemplo, per quem fit operatio huius artis in

nono Capitulo præsentis libri primi. Occidentalis est, signum eius est tale  habet sub te triginta qui præsent diei, & habent Imperium magnum fugandi Spiritus tenebrarum. His subiecti sunt alij 30. qui præsent nocti & versantur in tenebris semper, nec veniunt ad lucem, nisi per imperium suorum principum, quibus omni tempore sunt subiecti. Et isti rursus sub se habent tanquam custodes & ministros pleno iure subiectes aliquando 30. aliquando 20. aliquando 10. & aliquando omnes, cum omnibus simul egrediuntur ad imperium suorum principum, tali scilicet ordine. Vt quot eorum numero per operantem Virtutum magnarum imperio vocati fuerint ex secundo vel tertio ordine, tot etiam seruitores & custodes cum ipsis veniant ad principalem, qui est Malgaras. Iterum sub istis sunt alij tanquam nuntij & ianitores: sine certo numero, qui sæpe cum ipsis mixti conueniunt: Horum spirituum omnium nomina non tenemus. Sed quæ scire necessarium est operantem, in quolibet capitulo exprimemus. Et nota, quod omnes isti spiritus sunt cum suo imperatore principalis quilibet inplaga orbis deputata sibi, vt patet in tabula.

CAP. II.

Roth.

CVIVS PRINCEPS VOCATVR PADIEL

Subsolanus, habens sub se ministros diurnos 10000. nocturnos 200000. & alios multos subseruitores, quorum incertus est numerus

CVM, sicut præcedenti Capitulo diximus, Pamersiel cum Spiritibus suis dictis, implacabilis & infidelis sit, nec obediat passim omnibus in hac arte operari cupientibus, sed vix in ea expertissimis: volumus in hoc præsent Capitulo artem facere tutiorem, & modum operandi in ea demonstrare per Spiritus meliores qui sint beneuoli, prompti & hilares ad obediendum vocanti, qui debito modo & tempore vocati veniant sine mora: & quod eis fuerit commissum fideliter perferant sine omni fallacia. Primus autem principalis huius operationis imperator & præsidens dicitur Padiel nomine Subsolanus, mansione orbiculari; quæ est prima mansio post orientem. Is habet sub se decem millia qui præsent diei & omnibus operationibus huius artis diurnis, qui præcipiunt & educunt Spiritus nocturnos in tenebris latitantes, qui sunt numero ducenta millia, omnes fugiunt lucem & diem, præter vnum qui est nuntius ad Spiritus præidentes: omnes boni & beneuoli sunt, nec lædunt operantem nisi sit malitiosus, vel minus in arte peritus. Non opus est omnes simul aduocare, sed pauci sufficiunt & aliquando vnus satisfacere potest operanti, siue operatio nocturna sit, siue diurna. Nam cum sint beneuoli, quieti & tranquilli: frequentius soliuagi sunt, quam in multitudine tumultuosi. Cum ergo volueris operari per eos, & mentis tuæ secretum alicui, quantumcunq; absenti, peripsos intimare: sic facito. Scribe in chartam præparatam antea debito modo, sicut scis, quamcunque narrationem volueris & in quacunque lingua; quia indifferens est: cum ille non ex charta, sed ex Spiritibus mentem tuam percepturus sit, quam scribens, vertes te ad sub solanum, qua perfecta dicas istam coniurationem. Padiel aporsy mesarpon omeuas peludyn malpreaxo. Condusen, vlearo thersephi bayl merphon, paroys gebuly mailthomyon ilthear tamarson acrimy lon peatha Casmy Chertiel, medony reabdo, lasonti iaciell mal arsi bulomeon abry pathulmon theoma pathormyn. Cum hæc verba compleueris, videbis duos vel ad minus vnum e' Spiritibus placidissime presentem & paratum obedire voluntati. Et huic committes secretum tuum, & fideliter perferet illud quo' iussisti. Cum autem literæ venerint ad eum cui mittuntur per nuntium, si solus est, bene, si cum aliis, secedat ad partem si potest, aut si non potest, versus ad subsolanum, dicat sub silentio istam coniurationem. Padiel ariel vanerhon chio tarson phymarto

merphon am prico ledabarym, elso phroy mesarpon ameorsy, paneryn atle pachum gel thearan vtrul vt solubito beslonty las gomadyn triamy metarnothy. His verbis rite dictis statim Spiritus missus apparebit reuelans ei perfecte nullo alio percipiente quicquid illi commisisti reuelandum sine dolo & sine omni periculo. Nemo autem maliciolus & nequitiosus facile in hac arte poterit operari, sed quando quis melior & purior fuerit tanto ei Spiritus libentius & hilaritate maiori obediunt. Et quando hanc scientiam vnusquisq; magis occultauerit, tanto facilius operabitur. Et nota, quod iste Padiel cum Spiritibus suis est deputatus ad nunciandum secretas auisationes pro correctione malefactorum, incarceratione, punitione, sicut subiecto demonstrauius exemplo.

Roth.


INTENTIONIS SECRETVM, QVOD NON

literis, sed Spiritibus secundae mansionis
committatur.

DELATVS est quispiam apud principem, cui aliquod crimen imponitur læsæ maiestatis vel quodlibet aliud: vult cum puniri per suum officialem a quo longe disiungitur, sed ei scribere id ipsum non vult, ne manifestatis literis qualibet occasione reus fiat auisatus, & fugiat, vel coadiunctis sibi viribus amicorum resistat, vel quippiam contra principem aut patriæ leges moliatur sinistrum. Scribit hanc vel aliam quâcunque narrationem ad suum præfectum quam non vereatur ab omnibus legi: secretum vero committit Spiritui, eo modo quo prædiximus, qui fideliter narrabit secretum eius illi, ad quem mittitur prius in hac arte institutum.

Sinceram charitatem. Mitto tibi orationem pro deuotione poenitentium, satis pulchre compositam, breuemque, quam integra mentis meæ beneuolentia in te sola possidere non voluit, & est talis ut sequitur. Libera nos Iesu Christe æterne saluator bonorum omnium & indulge reorum delicta, gemitusque nostros exaudi, mitigans tempestates vitiorum, renouansque conscientiaæ vetustatem, ad æternam nos reducito paradisum. Bone Iesu remitte nobis exorantibus peccata nostra: quoniam grauiter offendimus & sæpe relapsi sumus. Dulcissime saluator infirmitates nostras sana, quæsumus. Benignus esto rogantibus te Iesu pyssime & nos famulos tuos supplicantes exaudi. Homines sumus assiduis miseriis inuoluti maximisque tempestatibus immersi. Erue nos, tribulatorum consolator victoriosissime; quoniam vita nostra assidua in foelicitate sepulta corrumpitur. Miserere tantum Iesu clementissime saluator, respice humilitatem te amantium & non permittas demerginos exules in luto & turpitudine vitiorum, in amore sæculi. Hucusque torpentes iacuimus, vicijsque innodati nostram paruipendimus salutem, futuri que examinis minime recordati sumus. Benignissime Creator esto propitius famulis tuis, & salue lachrymantes quos decepit miserrima vanitas mundi, viam (proh dolor) Veritatis negleximus omnes, sed libera nos luto infixos exulesque: quoniam Saluator noster tu es Iesu; qui neminem despicias gaudium indeficiens & sempiterna foelicitas sanctorum es spes nostra, Christianorum gloria, Angelorum lumen, remunerator inuictorum Martyrum, corona virginum, honestas viduarum. Bone Iesu exaudi nos humiles, clamantes ad te, libera nos de præsentis exilio, concedens nobis gratiam, vt sine fine viuamus, viuifica quæsumus non miseros seruos tuos exules, quos redemisti, vt zelum Iustitiæ verum consequamur. Conserua nos omnipotens Deus, maiestas infinita, misericordia incircumscripita, æterna salus nobilium animorum. Amen. Finis orationis Ioan. Trithemij Abbatis.

ALIA ORATIO, CVIVS CONIVRATIO PA-



**diel melion, parme, camiel busayr, ilnoma, veno-
ga, pamelochyn.**

HANC quoque non indeuotam orationem accipito. *Humanæ salutis amator, vniuersorum creator maximus, nobis indixit obedientiam mandatorum cui omnes tenemur obedire ex amore, præmium vero obedientibus promisit sempiternæ foelicitatis tabernaculum possidere. Christi obedientiam inspiciamus, quam imitari curemus, vt ad æternam foelicitatem nobis promissam ingredi mereamur; angelorumque consociari mansionibus sempiternis. Agamus poenitentiam dum possumus, tempus preciosum expedentes fructuose. Caueamus ne imparatos mors pariat, quæ concedere moram alicui recusat. Ideoque fratres agere poenitentiam non tradetis. Velociter enim ad vos mors veniet: quam nemo vestrum diu euadere potest. Dies ergo vestros transeuntes conspiciate poenitentiam inchoantes, quando tempus habetis. Appropinquat hora decede~di hinc. O mors rerum terribilium terribilissima, quam velociter nos miseros consumis incolatumque nostrum breuissimum multis iniuriis plenu~miseris facis esse crudelem? Euigilemus miseri Christo Iesu Saluatore nostro pijssimo nos exhortante & contestante, vt turpes negligentias arguamus, & bonis operibus iustitiæ vias solícite custodiamus. Alme redemptor generis humani exaudi nos, veniamque nobis tribue peccatorum. O pater misericordiæ sis nobis propitijs in omnibus aduersitatibus nostris. Sana domine infirmas animas nostras, quoniam tui sumus, præsta nobis afflictis vermiculis requiem sempiternæ amoenitatis, quatenus te semper aspiciendo laudemus.*
Amen. Ioan. Trith. Spanheimensis ædidi, 1500.

CAP. III.

Roth.

CVIVS PRINCEPS CAMVEL, HABENS SVB

**se spiritus præsidentes diurnis operationibus 10. & nocturnis similiter 10. cum
subseruatoribus totidem, quorum officium est mittentis nunciare aduentum, Vias
& Iter.**

TERTIAE mansionis ad Eurum primus & supremus omnium Spiritus vocatur Camuel, valde beneuolus & promptus ad mittendum suos substitutos ad eum qui in hac scientia secundum formam debitam operatur. Paucos quidem habet ministros, sed omnes bonos, volu~tarios & fideles, videlicet decem, qui præsent, diei & totidem qui præsent nocti, qui semper bini mittuntur ad operantem ex vtroq; ordine, cum hi qui præsent diei, non fugiunt tenebras, nec illi qui præsent nocti, lucem. Semper vbi necessitas expostulat in omni commissione operantis alter iuuatur ab altero: & quando apparent visibiles, tu~c vnus cernitur in habitu pulchro mixti coloris, & alius in forma lucidi splendoris astare consuevit. Sæpe tamen apparent solo effectu sensibili quidem, sed non videntur, nisi cum ita placuerit operanti. Iste vero Camuel cum ministris & subseruatoribus suis auctoritatem habet atque virtutem nunciandi absenti amico statum, voluntatem, conditionem, viam, itinera, aduentum, & recessum

mittentis, quando voluerit ipse qui operatur in hac arte. Cum ergo volueris, operarisque pro tua voluntate, per angelos huius mansionis: oportet te scire inprimis, qui sint decem angeli Camuelis, que præsunt diei & quot quilibet eorum habeat substitutos, & ita similiter de nocturnis: quod vt scias perfecte: præsentem tabulam considerabis.

	Schw.	Roth.	S.	R.	R.	R.	R.	R.	R.	TR.
Magis videtur legentibus .. Noctat.	Orpeniel	10.	Citgara	100e	Daniel	10.	Dobiel	100.	Azimo	10.
	Camyel	100.	Pariel	10.	Omyel	10.	*Nodar	10.	Tediel	0.
	Budiel	10.	Cariel	10.	Asiniel	100.	Phaniel	10.	Moriel	0.
	Elcar	10.	Neriel	10.	Calym	100.	Meras	100.	Tugaros	0.

Hic habes in tabula 10. angelos Camuelis qui præsunt diei eum substitutis suis in numero, & totidem qui presunt nocti, cum suis quoque subseruientibus. Vltimi autem sicut cernis nullum habent substitutum, quoniam o sicut nosti, nihil omnino significat in numero. Cum ergo volueris per istos angelos operari, præpara chartam tuam, sicut moris est; & versus ad Eutum scribe quamcunque narrationem, & in quacunque lingua volueris; quæ non sit necesse occultari: qua perfecta, legas sequentem coniurationem tacite. Camuel aperoys, melym meuomanial, casmoyn cralti busaco aeli lumar photyrion theor besamys, aneal Cabelonyr thiamo vesonthy. Completa hac coniuratione sub silentio, fac commissionem tuam spiritibus, qui præsto sunt, quemadmodum nosti; & emitte eos, omnia sub silentio & extra tumultum, si fieri potest, operans, postea da literas, cui volueris nuncio perferendas, apertas vt libet, & vadat, quia Spiritus non negligent officium suum, siue cito veniat nuntius, siue tarde, de quo nullum sit tibi dubium, qui fideles sunt. Oportet autem vt scias, quem Spiritum mittere velis ex prædictas, quatenus in coniuratione nomen eius statim post principalem exprimas, & hoc in omnibus operationibus, in quibus angelorum mittendorum nomina in ipso capitulo ponuntur. Sed iam ponamus dictorum à nobis similitudinem super his, quæ pertinent ad officium Camuelis & Spirituum eius subiectorum.

Roth.

SIT ISTA MENTIS MEÆ INTENTIO SE-

cretissima, quam per Spiritus prædictos velim
scire absentem.

SVm Romæ positus, intelligo ex consilio secretissimo summi pontificis, Romanum imperium ipsum velle transferre in Fracos. Cupio auisare Germaniæ principes: per nuntios nequeo quibus non confido: literis nequeo, quia in omnibus Ciuitatibus Italiæ sunt in portis deputati, qui scrutantur transeunt exactissime. Scribo ergo vnam orationem deuotam, quam mitto per nuntium apertam, cum alijs familiaribus literis clausis ad eosdem principes. Compello Spiritus tertiæ mansionis & præcipio eis vt literas mittendas sequantur. Et cum à recipiente vocati fuerint, reuelare ei non obmittant secretam intentionem meam, quam literis cõmendare non audebam. Veniunt, vadunt, obediunt. Omnes morimur, quoniam omnes hæreditarium reatum originalis noxæ contraximus: nemoque viuit non

moriturus in breuissimo tempore: contraximus delictum originale in Adam & Eua. Morimur autem morte corporis omnes homines propter temeritatem Matris Euaē miserabilem. Mortem vero animæ Victor mortis Iesus nos liberando fugauit. O Iesu Christe crucifixe, respice humilitatem nostram quoniam miseri sumus, infoelices, multisque tribulationibus vexamur. Ergo clementissime Rex coelorum petimus concede nobis contritionem, veniamque omnium peccatorum propter humilitatem tuam eximiam qua redemisti nos de inferni ærumnosis tenebris, noxiisque passionibus. O beatitudo nostra Iesu clementissime, ô dulcissime amator Innocentiæ quid retribuam tibi. Tu santus & innocens pro nobis pateris. Quo fugiemus cum veneris ad rationis examen? Venies cum potestate reddere mercedem vnique secundum conscientiam suam. Eruntque tibi nuda omnia: nec te aliquid latebit, cuius non habeas notitiam. Ergo viuentes agite fratres poenitentiam, districtumque Dei omnipotentis examen operibus misericordiæ præuenite.

Tergite fletibus crimina & pauperum labores subleuantes, Deum vobis efficite placabilem. Quoniam benignus est inuocantibus eum. Ergo, dum tempus est, quærite misericordiam eius. Semper gratias agite ei qui redemit vos Iesu Christus crucifixus pro hominum salute timentium dominum.

SIT ALIA FORMA SECRETORVM ISTA quæ committatur Spiritibus.

Secretum manet in mente mea repositum, de aduentu meo ad amicum vel amicam in proximo secreto. Non audeo scribere hoc ipsum, ne palam fiat, quod causa vetat ardua, nec demandare per nuntium, quod idem periculum: voco spiritum, committo rem, venit, vadit, perfert secretum secretissime, tutus sum ego literarum forma quas mitto, fit vt libet familiaris, ne desit occasio.

Salutem D. Lator præsentium frater Arnoldus Bostius plura composuit admiranda volumina de variis rebus, vt in libri nostro tibi dudum transmissio inter alia multa, qui prænotant de Ecclesiasticis scriptoribus, reperies scriptum in fine, vbi fit mentio viuientium. Hunc tantum virum, religione & artium venustate notabilem tuæ sinceritati, charissime fautor, commendo & plurimum rogo, quatenus recipias ipsum ea qua omnes in amicitia nobis coniunctos suscipere familiaritate consueuisti. Reserabit tibi arcana multa naturæ teque conuersione dulcissima oblectare poterit, si volueris. Meum de magicis experimentis codicem quem habes mihi oro quantocyus curato remittere. Volumen Synesij virtute spirituum mittam tibi mox cum mihi experimenta mea remiseris. Cura te ipsum vt valeas. Mihique sæpe rescribo. Datae in Spanheim sexto Iduum Martij. Anno dominicæ Incarnationis M.D. Ioan. Trith. Abb. ----- Recipiens autem literas is ad quem spiritu- misisti, faciat quod in hac arte nouit esse faciendum: & signo orbiculari cognito se vertat ad Eurum subque silentio istam dicat imprecationem.

Camuel Busarcha, menaton enatiel, meran sayr abasremon, naculi pesarum nadru lasmō enoti chamabet vsear lesponty abrulmy pen sayr thubarym, gonayr asmon friacha rynon otry hamerson, buccurmy pedauellon. His dictis accipiat literas denuo in manum respiciens versus Eurum vt nosti. Notandum vero quod isti spiritus omnes cum suo principe sunt, ad Eurum & propterea oportet, vt se illo vertat omnis qui operatur per illos: aut si non potest, literas saltem illo versus cum receperit reponat. Obserua & intellige quæ diximus tibi.

CAP. IV.

Roth.

CVIVS PRINCEPS ASELIEL MORATVR AD
Euro-austrum, habens sub se 40. principales substitutos cum
seruitoribus eorum: & præsunt his quæ
pertinent ad amorem.

QVARTAM mansionem ab Oriente in Euro-austro tenet magnus princeps Asiel cum spiritibus suis, quorum decem præsunt operationibus in hac arte diurnis, & 20. nocturnis. Horum omnium potestas & officium est nuntiare ea quæ pertinent ad amorem mulierum. Habent autem hi 30. tanquam principales sub se, & totidem alios quos mittunt per ordinem ad officia sua, cum fuerint per operantem debito modo vocati. Rursus sub istis iterum sunt alij, quorum magnus est numerus. Tu autem cum volueris per principem huius mansionis in Steganographia operari, non opus est omnes subiectos ei spiritus aduocare, sed sufficit tibi vnus aut duo, siue operatio sit nocturna siue diurna. Dicam ergo tibi paucorum nomina, cum numero subseruientium eis. Ex quibus semper aduoces vnum aut duos quos volueris, nec pluribus indiges, nisi operatio pro diuersis. Hæc est tabula:


<i>Mariel</i>	<i>20</i>	<i>Cubiel</i>	<i>20</i>	<i>Asphiel</i>	<i>20</i>	<i>Melas</i>	<i>20</i>	<i>Nom. rub.</i>
<i>Charas</i>	<i>20</i>	<i>Aniel</i>	<i>20</i>	<i>Curiel</i>	<i>20</i>	<i>Sariel</i>	<i>20</i>	<i>Num. nig.</i>
<i>Parniel</i>	<i>20</i>	<i>Asahel</i>	<i>20</i>	<i>Chamos</i>	<i>20</i>	<i>Othiel</i>	<i>20</i>	<i>Nom. nig.</i>
<i>Aratiel</i>	<i>20</i>	<i>Arean</i>	<i>20</i>	<i>Odiel</i>	<i>20</i>	<i>Bufar</i>	<i>20</i>	<i>Num. rub.</i>


Habes iam ecce sedecim principes ex maioribus, qui sunt sub Asiel magno, quorum octo præsunt diei, & octo præsunt nocti, & quilibet ex eis habet 20. subiectos famulos, quos mittunt ad officia sua, quotiens necessarium fuerit. Principes omnes boni sunt & ad obedientum beneuoli atq; promptissimi: sed famuli eorum nō omnes, quoniā superbi & implacabiles aliquando sunt, maxime ad eos quos confiderant in arte minus esse perfectos. Isti vero sedecim principes cum subditis suis ad omnia nuncianda tibi sufficiunt, nec opus est, te plures vel nosse vel aduocare. Cum autem volueris operari in Steganographia per Asielem, pro præmissis in arte consuetis obserua locum mansionis eius, qui est in Euro-austro, & voca vnum ex spiritibus supra dictis pro tempore suo, quemcunq; volueris. Hæc est coniuratio. **Asiel aproysy, melym, thulnear casmoyn, mauear burson, charny demorphaon, Theoma asmeryn diuiel, casponti vearly basamys, ernoti chaua lorson.** Completis ex more coniurationibus subiunge cætera quæ sunt ex more in arte facienda, & consequetur effectus operationis tuæ certissimus. Ponamus exemplus.

Fingamus mentis tuæ arcanum. Habes amicam in cuius amore detineris, nec minus ipsa: sed accedere aut alloqui nō potes eam propter custodiam suorum. Inuenisti tandem consilium, quo ipsa potiri valeas, sed eam est auisare etiam prius necesse: per te non potes, literis nō audes ne in manus aliorum deueniant: nuntijs aut vetulis rem non decernis committendam, ne te postea reddant notum. Rem ergo arte per tempus occulta, quam fieri palam non posse confidis. Vocas ministros attis inuisibiles, scribis literas in nullo suspectas ipsasq; mittis ad amicam etiam per ipsos custodes, laudant scriptum, præbent amicæ legendum: illa signum recognoscens nuncium aduocato occultum, audit consilium, remandat consensum: accedis, istras potiris.

Mors Iesu Christi genus humanum viuificauit, cuius vita innocenter afflicta liberauit nos ab omni calamitate. Ergo honoremus humilitatem eius in nobis resistendo tentationib. vitiorum, instandoq_e in omnib. bonorum operum. Christus Iesus saluauit animas nostras. Gratias dicamus æternas nostro redemptori p̃yßimo quoniam omnes reduxit ad tutas exuuias, cuius nomen cum feruore laudemus omni

tempore, præoccupantes faciem sanctissimã eius nostris orationibus; viuamus virtuose in amore rectitudinis, abÿcientes tumultum mundalium negotiorum, iusticiã normam sequamur, vitÿs noxiis resistamus deuotiÿtime, lachrymisq_e negligentias abluamus in maxima sollicitudine memores futuri iudicÿ, cuius inæstimabilis horror inferni p^rnis nequaquam inferior. Anno Dominicæ natiuitatis M.

D.6.Id.Martÿ.  Cum has simile sve acceperit literas is cui mittuntur in arte peritus faciat quod nouit secundum eis instituta faciendum, vertatq_e se ad aspectum Euroaustri. Cuius hoc signum

* & legat contestationem spirituum quæ est talis: **Aseliel murnea casmodym bularcha vadusynaty belron diuiel arsephonti si pa normys orleuo cadon Venoti basramyn.** His contestatis continuet operationem artis, & audiet secretum mittentis.*

CAP. V.

Roth.

***CVIVS PRINCEPS SVPREMVVS, BARMIEL
nomine, moratur Austro, habens sub se 10. principes, qui præsent diei,
& 20.
qui præsent nocti cum seruitoribus eorum: & sunt super secretis
nunciandis,
quæ pertinent ad traditiones
castrorum.***

QVINTÆ mansionis in Austro ad meridiem princeps magnus vocatur Barmiel, habens sub suo dominio principales duces 10. qui præsent diei cum subseruitoribus eorum & 20. numero, qui præsent operationibus nocturnis cum famulis eorum. Qui ideo plures sunt numero, quam diurni; quia frequentius operatio huius mansionis fit in nocte quam in die. Eorum enim officium est nuntiare secretas traditiones castrorum & ciuitatum, maxime temporibus nocturnis. Tu autem cum volueris in hac arte operari per Barmielem; voca vnum ex principibus eius, quem cubque volueris: statim veniet ad te cum 20. seruitoribus, quia nunquam solus aut cum paucioribus incedere consuevit aliquot principum huius mansionis. Secretum vero tuum non famulis quia superbi & malitiosi sunt, sed principi committe, quia bonus, placidus, fidelis, & multum beneuolus est. Sed iam nominabo tibi ex ipsis principibus diurnis octo & ex nocturnis similiter octo, qui sunt meliores & promptiores ad obediendum, nec pluribus indigemus.

Schw.	Roth.	R.	S.	S.	R.	R.	S.
Sochas	20.	Acterar	20.	Barbis	20.	Marciaz.	0.
Roth.	Schw.	S.	R.	R.	S.	S.	R.
Tigara	20	Barbil	20	Marquus	20	Baabal	0.
Schw.	Roth.	R.	S.	S.	R.	R.	S.
Chansi	20	Carpial	20	Caniel	20	Gabir	0.
Roth.	Schw.	S.	R.	R.	S.	S.	R.
Keriel	20	Mansi	20	Acreba	20	Astib	0.

Habes 16. spiritus, quorum duodecim quilibet habet 20. ministros, cum quibus solent apparere vocanti. Reliqui quatuor, quibus o. quod nihil significat suppositum est, nullum habent subseruientem, sed semper soli veniunt & sunt in ministerio suo fidelissimi & impigri ad omnia quæcunq; mandaueris eis. Volens itaq; operari per aliquem eorum, præmissis his que sunt in arte præmittenda, dicas coniurationem istan ad Austrum. **Barmiel buras melo charnotiel malapos veno masphian albryon, chasmia peluo morophon apluer charmya noty Mesron alraco caspiel hoalno chorbent ouear ascrea cralnoty carephon elcfor bumely nesitan army tufaron.** Postquam imperationem compleueris, spiritui apparenti quem vocasti commenda secretum, literas autem mitte per quemcunq; volueris, & qualescunq; volueris. Sed vtamur exemplo.

PONAMVS SECRETVM REGIS, QVOD

non sit confidendum alicui quouis modo.

REx quispiam aut princeps obtinere ciuitatem aut munitionem armis non valet, qua cupit, rem arte pertemptat, corrumpit mercede custodes, consilium nulli confidunt, nec literis quidem, ne deprehensus ille nõ consequatur intentum, isti mercedem cum vita amittant. Ad Mansionem Barmielis se princeps conuertit, vocat spiritum nuntium, committit occultum: venit ille, perfert nuntio, capitur nocte, non scitur quomodo. Pro his si placet fingamus literas in nullo penitus metuentes lectorem.

Iuste viuendo f'licitatem consequemur: soli namq; exaltandi humiles, soli temperarij condemnandi. Si f'licitatem requiris, æternam iustitiam tene, & altißimam gloriam consequeris. Feruentißimus Zelator veritatis esto & non amaueris mendacium, corrumpens honestatem, animique temperantiam dissoluens, fuge vanitatem mundi, quoniam breuißima est. Amator esto Iustitiæ & neminem supplantans iniuste. Cole virtutes, vita fuge, iustitiæ libertatem tuere, omnem insolentiam caue, semper humilis esto. Saluatorem animarum nostrarum dilige: qui diligit eum, nequaquam morietur inf'liciter. Contemne gloriam repente transitoriam, ama beatitudinem sanctorum æternaliter non corrumpendam, fuge sollicite insidias hostis nostri antiqui, quem vincet nunquam intermittenda deuotionis humilitas. Esto vigilans vt carnis ardore non vincaris, viriliter iustitiæ semitas defende, rectitudinisque Zelum intrepida perseuerantia tenendum memineris. Gloriam inanem semper fuge tanquam venenum. Paradisi Dei amoenitatem contemplare semper manentem. Gaudia seculi cito transeunt, hodie lætus, cras omnibus spoliatus emoritur. Fuge Zelum vitiosum amaritudinis, fuge superbiæ tumorem, quoniam vtriusque reatum perpetuis ma;is esse obnoxium non ignoras. Omnis superbus odibilis Deo: moriens sine intermissione cruciandus nunquam consolabitur. Quid deniq; expectabunt siperbi nisi lamentum? Ergo vae vobis elati, æterno supplicio digni tenebrisq; & horribus reseruati sempiternis. O vanitas vanitatum mundi, exterminatrix luminis animarum deceptrix exulum, inferni reseratrix perniciosißima, Io. Tritth. Abbas. Spanheimensis scrips. 5. Id. Martij M.D



Recipiens literas, cognito signo Barmielis se mox vertat ad Austrum vel quam primum potuerit. Non enim periculum, quo ad obedientiam spiritus, ex mora nasci poterit: etiamsi multa fuerit interposita. Nam quando vocant, semper venire consuevit, siue cito siue tarde, etiam post dies multos vocent. Hæc est eius Coniuratio, ijs premissis quæ ars expostulat agenda.

Barmiel any casleon archoi bulesan eris, Casray molaer pessaro duys anale goerno mesrue greal cusere drelnoz, parle cufureti basriel aflymaraphe neas lo, carnos erneo, damerosenotis anycarpodyn. Hanc Coniurationem cum dixerit, sicut oportet versus Austrum, audiet & intelliget mentem tuam, quam non literis sed spiritui commisisti: si ad aliam plagam se verterit, nunquam intelliget.

CAP. VI.

CVIVS SVPREMVS PRINCEPS GEDIEL


in Austro africo mansionem agens, sub se habet 20. in die, & totidem in nocte cum seruatoribus eorum, qui officium annunciandi, ea, quæ præcauenda, pericula habent.

SEXTÆ mansioni quæ est in Austro-africo presidet princeps magnus Gediel qui habet sub dominio suo alios duces principales 20. in die, & totidem in nocte cum multis seruatoribus eorum. Horum officium est nuntiare omnia quæ pertinent ad auisandum amicum de quocunq; imminente futuro periculo, & maxime ad principes pro defensione patrie, castrorum & ciuitatum; & ad omnia nuntianda quæ prosunt amicis, & his quibus fauemus, ad salutem: nec non & contra inimicos & aduersarios quoscunq;. Ad hec omnia non est necessarium aduocare 20. principes, sed duo sufficiunt cum seruatoribus suis, quos vt noscas ex nomine, cõsequenter aliquos ex eis numerabo, videlicet octo pro die, & octo pro nocte.

Schw.	Roth.	S.	R.	S.	R.	S.	R.
Coliel		Sariel		Reciel		Aroan	
	20		20		20		20
Naras		Rantiel		Sadiel		Cirecas	
Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Sabas		Mashel		Agra		Aglas	
	20		20		20		20
Assaba		Bariel		Anael		Vriel	

Primo antequam procedamus ad operandum, noueris, quod semper ad minimum duo spiritus vocandi sunt, cum 20. famulis suis, sine quibus nusquam procedunt, licet non semper omnes appareant visibiles. Sed de hoc non est curandum; modo tu consequaris per eorum ministerium inuisibile quod intendis. Cum ergo per eorum ministerium volueris aliquid in Steganographia operari; conuerte te ad Austro-africum; quoniam omnes ibi cum principe suo Gediel omni tempore morantur: & fac, quæ nosti secundum ordinem esse facienda. Hæc est Coniuratio:

Gediel asiel modebar mopiel, casmoyn, rochamurenu proys nasaron atido casmear vearys maludym velachain demosar otiel masdurym sodiuuel mesray seor amarlum, laueur pealo netus fabelron. His completis erunt duo principes nominanti vocati præsentes, boni, beneuoli, & securi: quos non debes timere: sed committe eis confidenter, quicquid volueris: & mandatum tuum fideliter

implebunt  hoc signum erit rubrum.

Roth.

HABEAS IN MENTE TVA TALE SE-

cretum, quod literis commendare non audes.

*S*Vm principi meo pro multis in me beneficiis obnoxius aduersariorum eius secreto percepi consilium per insidias & traditionem capiendi hac nocte castellum. Principem auisare meum cupio: literis nequo, cum scrutinium transeuntium per hostes fiat in via: per nuncios nequeo, quia nulli penitus meum periculum scio credendum. Vocabo spiritum, committo secretum, mitto literas tantum pro forma quascunque voluero, vt nouerit princeps, quis sit vocandus: & ex spirituum numero (quia sine literis alioquin nesciret missum à me spiritum) vadit iste, nunciat: princeps præoccupat castrum.

Roth.

SIT FORMA LITERARVM ISTA VEL

alia; quam cum legerit, ire prohibeat.

*S*Vmma humani generis nobilitas summaque virtus est Deum pure amare, ipsius gloriam quærere, & eum rectitudine mentis adorare. Humilitas enim puri cordis regnabit in Coelis patientia sublimabit, sola mens hominis nudi, Deum timentis diligentisq_e ad nobilitatem veram constituetur. Deum ama, mundum sperne; sæculum iniquitatum fuge, ama religione~, fraternam charitatem, pacis vinculum, recteque conuersantium vnitatem. Christus in Euangelio monet: Nō oportere nos sollicitari circa humanas curas superfluas. Habentes (inquit Sanctus Apostolus) necessaria tantum, simus contenti. Habeamus itaque Dei amorem & Zelum iustitiæ: quoniam vere solidæ diuitiæ sunt, puritas animi, simplicitas cordis, negligentia honoris terreni, venustatis emundatio, morumq_u sanctorum institutio. Simus intenti operibus bonis, ne vitia nos obruant, viuamus innocentes in omni rectitudine tanquam crastino morituri. Deum amemus purissimo corde, seruantes solícite mandata eius cum humilitate pro peccatis lugeamus omni tempore pijssimum Saluatorem deprecantes quatenus nobis vitia remittat, sui amorem cordisque humilitatem infundat. Deseramus istius mundi concupiscentias & vanos falsosq_u honores obitum nostrum sedulo cogitantes. Viuere virtuose, proximum diligere, iniuriam nulli facere, Deum timere, eleemosynas dare, famelicos reficere, bonos defendere, prauorum vitia redarguere, orationibus insistere, gloriam mundi contemnere, lectionibusque incumbere, thesauri Christianorum sunt Vana enim gloria mundi repente ruitura est, falsæ etiam diuitiæ, quas breui exspirantes reliquemus inuiti, sola iustitia est nostra foelicitas. In nostra humilitate sit gloriatio & diuitiarum possessio nobiscum omni tempore mansura, memoria mortis, timor iudicij & nostrorum recordatio

peccatorum. 

Cum has vel quaslibet alias literas nullu~ continentes secretum princeps acceperit meus: viso signo Gedielis nouit quo sit vertendum, & quis vocandus Spiritus.

Coniuratio.

Gediel aprois camor ety moschoyn diual palorsan, fermel, asparlon Crisphe Lamedon ediur cabosyn arsy thamerosyn. His dictis, vt oportet, subiunctisq_e non nullis quæ sunt in arte necessaria, spiritu reuelante, non litera, mentis meæ secretum, sciet arcanum, & præoccupat inimicum.

CAP. VII.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS EST ASIRI-

el, cuius mansio est ad Africum, habens sub suo dominio duces 20. qui præsumt diei, & totidem qui præsumt nocti: quorum officium est nunciare consilia principum amicis.

SEPTIMÆ mansionis princeps & supremus vocatur Asiriel, & habetat in ea plaga orbis, quã appellamus ad Africu~, habe~s sub se 20. principes, qui presunt diei, & totide~, qui presunt nocti: qui omnes sub se multos habe~t famulos. Si duo duces voce~tur ab operante ad ministeriu~ artis ex diurnis; semper 20. famulos habe~t seruie~tes sibi: similiter & cum nocturnis fit. Quare si vnu~ vocaueris tantu~ ex principibus, maxime nocturnis: nõ 20. sed 10. famulos eum habere duntaxat comprobatur. Diurnos non vocabis, nisi ad minimu~ duos; quoniam soli venire non consueuerunt: ex nocturnis vnu~ vel duos, sicut placuerit, aduocare poteris. Si vocaueris duos, 20. si vnu~, 10. famulos in coniuratione ex more noueris esse addendos. Et vt scias, q soli, & cu~ socio qui sint vocandi; tabulam cõsidera.

	Roth	S.	R.	S.	R.	S.	R.
	Astor	Buniel		Arcisat		Cusiel	
S.	20.		20.		20.		20.
	Carga	Rabas		Adriel		Malqueel	
	Roth.						
	20 -----	20 -----	20 -----	20 -----	20 -----	20	
	Schw.						
	20 -----	20 -----	20 -----	20 -----	20 -----	20	
	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
	Amiel	Maroth.		Budar	10.	Fassua	10
R.	20.		20.				
	Cusiel	Omiel		Aspiel	10.	Hamas	10.

Horu~ spirituum qui sunt principales inter 40. habent officium nunciandi secreta consilia principum subditis suis & amicis; ex diurnis habes octo, & ex nocturnis totidem cum multis seruatoribus suis, qui sufficiunt ad omnia; nec cæteros vocare opus est. Diligenter obserua, vt cum vocas vnum vel duos principes ex nominatis iam numerum seruatorum eorundem in carmine exprimas: sunt enim superbi, & mirabiliter placet eis, quod multis dicantur præesse clientelis. Cum ergo volueris per ipsos in Steganographia operari; verte faciem ad Africu~, & fac quæ nosti esse facienda cu~ diligentia: vt nihil penitus ob mittas eorum, quæ pertinent ad artem.

Cõiuratio: Asiriel aphorsy Lamodyn to Carmephyn drubal asutroy Sody baruchõ, vsefer palormy thulnear asmerõ chornemadusyn coleny busarethõ duys marphelitubra nasaron venear fabelronty.

His completis, adstabunt ibi vocati: quos vt discernas; scito, quod principes cõmuniter solent apparere in habitu aereo, id est, Sapherino: famuli autem in albis. Secretum vero tuum cõmitte ipsis principibus, quia fideles sunt. Habent antè illam consuetudinem inter se omnes duces, vt, quando alloquitur eos operator, tu~c famulos emittant: imo per se recedant, ne audiãt cõmissionem. Cessante illo loqui ad principes, iteru~ famuli astare videntur.

Roth.

Sit principis tale secretum, quod nulli credat perferendum.

CONSILIVM principis magnum & secretissimum de rebus arduis & maximis est. Vult illud scire principem alium quempiam amicum, eo q_e causam habeat: sed timet venire cu~ maximo periculo sui suorumq_e in publicum: si autem nuntio committatur, ne tradat, aut literis, ne legantur ab aliquo. Vocat ergo spiritum, qui non reuelabit arcanu~: committit, emittit, perficit, securus est.


Roth.

Literas mandat in nullo suspectas, nec publicum in aliquo metuen es.

IESV Christe Lumen indeficiens, omnium sancrotum æterna beatitudo. Creator vniuersitatis & rector, miserere nobis. Nos infirmi, gementes & flentes misericordiam tuam rogamus. Largire nobis virtutem vincendi temptationes diaboli, vt deuictis præsentibus malis requiem consequamur. O Saluator dulcissime Iesu remitte peccata nobis orantibus. Tuæ enim sumus, clementissime pater, creaturæ humiles: respice nos miseros inutilesq_e famulos, quoniam tibi famularitotis viribus optamus. Fac nos habere amoris tui feruorem, bonis exornatum operibus in nobis semper. Da nobis veras virtutum operationes, obseruantiam iustitiæ, rectitudinisq_e inseparabilem amorem: fac nos veraciter esse humiles mundaliumq_e rerum strenuos contemptores, quatenus tuo amore semper ardentes nihil diligamus terrenum, nihil & aestimemus nobis temporale iocundum. O præceptor humilitatis Iesu Christe, doce nos tuam imitari doctrinam. Sumus (proh dolor) vitijs multis inuoluti, operibus bonis nudi. Salua nos Iesu Christe, ne pereamus. O Summa veritas viuifica nos, refugium animarum refrigerantissimum: esto nobis turris fortitudinis. Tu enim viuificator noster es, tu salus es animarum, mentisq_e renouator dulcissimus. Tu ineffabile gaudium angelorum, animorumque fidelium requies saluberrima. Tu beatitudo sanctorum te amantiu~. Tu inextinguibile lumen ciuium supernorum. Tu mortuorum Viuificator fragilitatem nostram respice. Iesu Christe dulcissime adiuua nos fragiles

seruos tuos, quatenus per viam veritatis sine offensione incedentes requiem consequamur æternam, O pijssime domine Iesu mitiga labores exilij nostri. Et cum finis, istius vitæ coeperit appropinquare, nobis misericorditer subuenire tunc digneris, quatenus ante faciem virtutis tuæ aduersarius ruat conterritus, fugiantq_e procul omnium malorum prouocatores diaboli, mortis æternæ principes, sæuissimiq_e nostri persecutores. Rogamus per virtutem nobilissimæ mortis tuæ dulcissime Iesu: non despicias nos inutiles seruos in die exitus nostri, quos redimere voluisti sanguine tuo: Laua excessus nostros, quatenus intrare gaudia patriæ coelestis, expectantibus nos angelis, mereamur. Amen.



Scripti ego Ioan. Trith. Abbas,  *idibus
Martij, M.D.*

LITERAS idcirco mittimus ad eum, cui fuerit spiritus quoque mittendus; quia nullus principium aut seruorum ex ipsis spiritibus venis, nisi vocetur, neque ad mittentem, neque ad eum, cui mittendus est. Vt ergo sciatis, cui mittitur, à qua mansionis plaga & quem debeat vocare spiritum; literæ mittuntur signo principis sigillatæ, & ita scriptæ vt Spiritum oblectent, cupiatque eorum fomento recreari. Sed de his in vltimo capitulo dicemus.

HÆC EST CONIVRATIO SPIRITVVM

pro recipiente.

ASIRIEL onear Camot Laueuiel gamer sothin ianoz alnay bulumer palorson, irgiel lamedon, ludiel Caparosyn nauy asparlon nadiel bulephor ianos pesonty tresloty Camõ elyr, mearsu nosy thamerosyn. His dictis versus Africu~ secretissime, cæterisque additis, quæ requiruntur ex arte; Spiritus apparebit illi cum seruis suis visibilis, nullo aliorum vidente eum, nec audient: & reuelabit secretum mittentis in aurem.

CAP. VIII.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS EST MASERIEL

*ad eam plagam habitat, quam Fauonium appellamus,
habens sub se duces 60. principa;es cum seruis
eorum multis.*

OCTAVA mansio est circa Occidentrm in eo loco, à quo ventus appellatur Fauonius: & ibi habitat princeps magnus, qui dicitur Maseriel cum infinita multitudine ducum, principum & famulantium, ex quibus ad hanc artem deputati sunt principes 30. qui præsumt operationibus diurnis, & totidem qui præsumt nocturnis, cum multis seruatoribus. Hi omnes sunt constituti ad nunciandum & referendum secreta humanarum artium Philosophiæ, Magicæ, Necromantiæ, & omnium mirabilium & secretissimarum operationum, quæ paucissimis sunt notæ hominibus: & super his sunt prompi & multum fideles, nec reuertuntur, nisi perfecerint totum q_e eis fuerat commissum. Quieti sunt & sine strepitu veniunt, sicut iubentur per se cum multis vel cum paucis, vel etiam sine famulis salte~

visibiliter: nemine~ terrent, nisi eu~, qui non institutus in arte presumpserit eos vocare per vera principia artis, ad que nemo facile sine instituyente pertingit. Vt aute~ in promptu habeas, quos voces ad operationem apiritus: noueris, tibi non omnes esie necessarios, sed aliquos: & ideo sufficiant tibi duodecim pro actionibus, quæ fiunt in die, & totidem pro his quæ fiunt in nocte, cum seruatoribus eorum.

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
-------	-------	----	----	----	----	----	----

<i>Mahuc</i>	30	<i>Zerael</i>	30	<i>Azimel</i>	30	<i>Alsuel</i>	30
--------------	----	---------------	----	---------------	----	---------------	----

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
-------	-------	----	----	----	----	----	----

<i>Rouiel</i>	30	<i>Athiel</i>	30	<i>Chasor</i>	30	<i>Aliel</i>	30
---------------	----	---------------	----	---------------	----	--------------	----

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
-------	-------	----	----	----	----	----	----

<i>Fariel</i>	20	<i>Vessur</i>	30	<i>Potiel</i>	30	<i>Espoel</i>	30
---------------	----	---------------	----	---------------	----	---------------	----

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
-------	-------	----	----	----	----	----	----

<i>Arach</i>	30	<i>Sarmiel</i>	30	<i>Baros</i>	30	<i>Rabiel</i>	30
--------------	----	----------------	----	--------------	----	---------------	----

<i>Maras</i>	30	<i>Amoyr</i>	30	<i>Eliel</i>	30	<i>Ariel</i>	30
--------------	----	--------------	----	--------------	----	--------------	----

<i>Noquiel</i>	30	<i>Badiel</i>	30	<i>Paras</i>	30	<i>Saluar</i>	30
----------------	----	---------------	----	--------------	----	---------------	----

Habes quidem ex trigenta spiritibus Maserielis principalibus quatuor & viginti cu~ seruatoribus septingentis & viginti, quorum primi duodecim præsumunt operationibus diurnis, & reliqui duodecim nocturnis. Cum ergo per eos aliquid in Steganographia operari volueris, verte te ad Fauoniũ~, & præmissis necessariis, quæ requiruntur ex arte, voca vnum ex prænominatis, quem volueris, sicut oportet: & sine mora veniet. **Coniuratio:** Maseriel bula~ lamodyn charnoty Carmephin iabru~ caresathroyñ asulroy beuesy Cadumyn turiel bulan Seuear; almos lycadusel ernoty panier iethar care pheory bulan thorty parõ Venio Fabelronthusy. Apparente spiritu, quem vocasti, committe ei secretum tuum perferendu~ secure, nihil hæsitans omnino, tacite loquens ad ipsum, si in medio aliorum fueris, vt nosti.

Roth.

Sit mentis tuæ secretum tale.



HAbes arcana in scientiis occultis philosophia, astrorum Magia, Cabala Arithmetica, vel quibus libet artibus, quæ scire optas amicum prope vel procul absentem: sed sunt talia, quæ nec literis nec nunciis committere tutum: aut certe tibi arcana mittat, instandum: vel etiam cõmendare philosophantem, vt necciat tamen aliorum. Vica vnu~ aut duos ex supradictis spiritibus: expone secretu~: suscipit onus perferet amico, tibiq_e reportabit commissa ad illo.

Roth.

*Scribe orationem quam volueris, aut literas quaslibet
nihil continentis secreti.*

OMnipotens sempiternae Deus bonorum remunerator æquissime, qui filium tuum nostri generis esse participem voluisti, ut redemerit diabolica invidia nos miserimos, qui sola benignitate, redundans forma nostri suscepit incorrupta ex flore virginalis vieri, archangelo sancto Gabriele insinuante, quae Virgo conceptura beatissimo tuo spiritui perpetua Virgo permaneret, immaculata, clarior hominibus angelicisque spiritibus præ eminentior. Genuit regem omnipotentem, Deum & hominem, sanctissima & reuerendissima Virgo Maria, virilis consortij omnino nescia, sine dolore pariens, sine tristitia vagientem Deum hominemque suscipiens semper immaculata consistens, purissima, innocentissima, virtute humilitatis hominibus altior, charitate plena, omni laudi dignissima, & ab omnibus veneranda: Angelorum beatissima & semper laudanda, imperatrix refulgentissima, nobilis, inclita, vereque splendidissima: quae tuus filius in omnibus quaecumque postulauerit, largissima dignatione admittit, eamque ut matrem, reuerenter veneratur; omnibus creaturis excellentiore: Cui nihil unquam expostulanti negare consuevit: sed reuerenter sanctissimae voluntati tuae consentit, omnia concedens honori eius, quae stabit per nobis in nouissimo die adiuuans nos venerantes Virginis almae præclaramerita. Deus lumen veritatis nobis, deuotissime precamur, infunde Deus gratiam & misericordiam omnibus inuocantibus te remissionemque vitiorum suorum expostulantibus humiliter, & noli nos miseros despiciere sed in tua bonitate considerentes misericorditer suscipe amore lactantis Deum Virginis Mariae omniumque electorum tuorum. Amen. Ioan. Trithemii Abb. Spanheimensis scripsi.

Ammo dominicae Incarnationis seu natiuitatis M. D. Iduum Mar. quarto.



Suscipiens literas is cui mittuntur, signo Maserialis cognito se ad Fauonium conuertat, & præmissis occulte quae requiruntur ad artem, ipsum spiritum qui missus est, vocet, Coniurationem adijciens.

Coniuratio.

Maseriel onear Camersin, Cohodor messary lyrno balnaon greal, lamedō odiel, pedarnoy nador ianozauy chamyrin. Coniuratione expleta sicut oportet missus spiritus nebulatenus apparebit. Dictoque verbo mystico veritatem loquetur ad aures, & omnia quae sibi fuerant commissa fideliter intimabit. Nullus tamen circum sedentium sentiet quicquam: modo tu constans & imperterritus, sicut oportet, perseueres.

1579. Trithemius, Steganographie: Ars per occultam Scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi certum, 4to, Darmst. 1621. (Written 1500. First printed edition: Frankfurt, 1606.)

British Library, printed books

Shelf mark: 819 e 14

Author: J. Tritheim

Title: Steganographia: Hoc est: Ars per occultam, etc.

Place and date of publication: 1621

Steganographia (Secret Writing), by Johannes Trithemius. 1500.

Book 3.

Edited by Joseph H. Peterson, 1999.

Note: If you find this document and others in the archives useful, please do not copy except for private use.

INCIPIIT LIBER TER-

TIVS STEGANOGRAPHIÆ IOANNIS

TRITHEMII, ABBATIS SPANHEIMENSIS, AD SERENISS.

Principem, Dominum Philippum, Comitem Palatinum

Rheni, Ducem Bauariæ, Imperijque Sacri Principem Electorem.

PRÆFATIO.



OSTQVAM, auxiliante Domino nostro Iesu Christo Salvatore fidelium animarum, primos artis nostræ libros duos compleuimus, in quibus Steganographiam nostram vtcunq_e descripsimus: oportet nos hunc tertium librum illis coniungere, & mirabilibus adinuentis mirabiliora copulare. Inuenti in quodam libro cuiusdam antiqui Philosophi, qui dictus est Menastor, esse possibile, vt quadã arte mentis nostræ conceptum amico notum faciamus, quantumlibet absenti, in 24. horis, sine verbis, sine libris, & sine nuncio, perfectissime, latissime & secretissime. Cum autem desiderio sciendi vehementissime ducerer: coepi velle experiri dictionum veritatem: & post multos labores tandem inueni ipsam scientiam experientia probatam. Maximum est huiusmodi artis secretum & tantis obscuritatibus inuolutum, vt nulli facile sit peruiu~. Menastor enim nimis obscure & paucis verbis mysterium inuoluit: tantisq_e viribus, vt secretum maneat, vsus est, vt post eum adhuc nullus reperiri potuerit, qui ausus sit eius sermonem aliquo documento facere clariorem. Ego autem metuens, tam mirabile opus propter nimiam obscuritatem vilipendi ab imperitis, aut tandem igni cremari: cu~ in eo multis probationibus iam diu sim expertus: ita illud literis commendare apertioribus volui, vt & viris eruditis ac in magicis studiosissimis, cum Dei auxilio, possit aliquatenus fieri peruium: & tamen imperitis Rapophagis omni tempore maneat occultatum, & nullatenus eorum obtuso intellectui cognitum.

Dixit autem Menastor: Septem sunt planetæ, quibus septem præsent Angeli, & illis sunt 21. spiritus subiecti, per quos nunciantur arcana. Horum nomina per tabulam exponamus.

R.

R.

Mansiones spirituum cum planetis vr.M.L.n.c.

S.	Roth.		Roth.		Roth.		Roth.
		<i>Sadael</i>	1	---	675	663	651
♄	<i>Oriffiel</i>	<i>Poniel</i>	2	---	700	688	676
		<i>Morisiel</i>	3	---	725	713	701
		<i>Floriel</i>	1	---	575	563	551
♃	<i>Zachariel</i>	<i>Ariel</i>	2	---	600	588	576
		<i>Raphael</i>	3	---	625	613	601
		<i>Amael</i>	1	---	475	463	451
♂	<i>Samael</i>	<i>Asmael</i>	2	---	500	488	476
		<i>Nebiel</i>	3	---	525	513	501
		<i>Laniel</i>	1	---	375	363) 351
		<i>Pasael</i>	2	---	400	388) 376
☉	<i>Michael</i>	<i>Vanriel</i>	3	---	425	413	401
		<i>Zabdiel</i>	1	---	275	263	251
		<i>Sacmiel</i>	2	---	300	288	276
♀	<i>Anael</i>	<i>Adoniel</i>	3	---	325	313	301
		<i>Carmiel</i>	1	---	175	163	151
♁	<i>Raphael</i>	<i>Nabeyel</i>	2	---	200	188	176
		<i>Pathiel</i>	3	---	225	213	201
		<i>Remafiel</i>	1	---	75	63	51
♃	<i>Gabriel</i>	<i>Tespiel</i>	2	---	100	88	76
		<i>Theoriel</i>	3	---	125	113	101

			Roth.	Schw.	R.	S.
S	Aniel	Wenasor	631	20	642	639
H	Saturnus	Schamaro	627	20	638	646
I	Kraluotos	Thubrays	626	20	650	634
	Ymarona	Tzatzraym	628	20	639	

Isti sunt septem Angeli planetarum secundum traditionem antiquorum sapientum, quorum quilibet ducit Mundum annis trecentis quinquaginta quatuor mensibus bis binis in ordine suo. Orifiel est Angelus Saturni, qui à principio creationis gubernauit Mundum annis 354. mensibus 4. Postea Venus, deinde Iuppiter, post illum Mercurius, ac deinde Mars, postea Luna, postremo Sol. Quilibet annis 354. mensibus 4. suum Angelum in tabula sibi communi scriptum dominium Mundi habuisse describitur. Itaque tempore diuuij ferunt sapientes Samaelem Angelum Martis seruiuisse Imperio regiminis: Gabrielem autem Angelum Lunæ tempore confusionis linguarum: Michaellem Angelum Solis, tempore exitus Israelis de Ægypte. Et quidem si quis assertioni præfatæ adhibet fidem, per semet ab origine Mundi facile mutationes temporum, & gubernationem Angelorum vsque ad suam ætatem præscripto ordine poterit supputare. Nos autem ea, quæ nostro conducunt proposito, prosequentes, septem Angelis planetarum prædictis 21. subiectos alios spiritus, hoc est, vnicique tres non ambigimus secundum huiusmodi artis nostræ institutionem: per quos intentionis nostræ operamur effectum. Ordinem planetarum consuetum obseruabimus, à supremo omnium Saturno incipientes vsque ad Lunam: primo cuius libet principalis angeli operationem conscribentes, ac deinde subseruientiam: & capitula per ordinem coniungentes.

CAP. I.

DE ORIFIELE, PRIMO ET SVPREMO ANGELO

Saturni, & de operationibus, quæ fiunt per eum.



SATVRNVS, planetarum omnium altior & supremus motu natura tardus, frigidus, quia remotus, difficilis, grauis, á puncto sui principii 650. annis vsque ad punctum prime stationis in quo libet signo mentibus commorans 30. naturali proprio motu mouetur 626. Eius primus & supremus Angelus vocatur, secundum opinionem antiquorum, Orifiel, qui habet sub se alios tres principales Spiritus, videlicet Sadael, Poniel & Morifiel, de quibus suo dicemus & loco & ordine, Per hunc autem Orifielem magnum Saturni Angelum fiunt multæ & diuersæ operationes in Steganographia. Per ipsum possumus mentis nostræ arcanum notu~ facere amico, artem scienti, vbicunque fuerit: per literas si placet: vel etiam sine literis & alia multa mirabilia facere, que nemo intelligit alius, qui in hac nostra scientia imperitus fuerit. Itaque volens per hunc Angelum in Steganographia quippiam operari, maxime in die Saturni, & in his rebus, negociis & causis, que pertinent ad Saturnum: in primis necesse est, vt motus eius noueris varios & diuersos. Et varios primum, purum, proprium, mixtum, rectum, retrogradum & confusum. Et in his omnibus non solum generales regulas ab Astronomis traditas (quia licet maxime conducant huic scientiæ nostræ, tamen

non penitus sufficiunt) sed etiam particulares sciat necesse est. Pro fundamento igitur præsuppositis tabulis & regulis de motibus planetarum, quos omnino scire operantem in hac arte necessarium est: speciales regulas & tabellas punctualium motuum per singula capitula huius operis adiecimus, sine quarum obseruatione nemo in hac arte poterit operari. Et nota, quod dies cuius libet planetæ in quatuor partes æquales diuiditur, quarum primam, i. horas inæquales tres angelus ipsius planetæ principalis obtinet: & reliquas tres partes eius substituti per ordinem consequuntur. Exempli gratia; In die Saturni Orifiel, primus angelus eius tres horas ab ortu solis inæquales, quæ dicuntur horæ planetarum, possidet: secundas tres primus Angelus eius Sadael. Tertias tenet Poniel secundus: & quartas tres horas Morifiel Angelus Orifielis tertius. Sub primis tribus horis diei tam Saturni quam cæterarum stellarum in rebus Saturno appropriatis operandum est per Orifielem; sub secundis per Sadaelem; sub tertijs per Poniem: & sub vltimis tribus per Morisielem. Et omnes operationes secundum motum Saturni aut prosperum effectum accipiunt aut debilem. Sed iam tabulam punctualem ponamus.

Tabula punctualis.

Σ.
Saturn.

644
650
629
650
645
635
646
636
632
646
639
634
641
642
649
642
648
638
634
647
632
630
642
633
648
650
655
626
650

αλφα Σ.
638
633
635
642
632
640
637
643
638
634
βητα Σ.
669
675
654
675
670
660
675
661
651
671
664
659
666
667
674
667
673
663
659

672
657
655
667
X. 658
673
675
660
651
675
669
663
658
660
667
637
665
662
668
663
X. 659
γάμμα
694
700
679
700
695
685
696
686

632
696
689
684
691
692
699
692
698
688
684
697
682
680
692
683
698
700
685
676
700
X. 694
688
683
685
602
682
690
687
693

688
684
δλτα
719
725
704
725
720
710
721
711
707
721
714
709
716
X. 717
724
717
723
713
709
722
707
705
717
708
723
725
710

701
725
719
713
708
710
717
707
715
712
718
713
709
Σ.
γ.ω
641
642
649
646
635
24
644
646
633
635
632
631
646
635
18

X.
X.
Σ.
X.
X.

644
Asterisco nigro
valore scriptus.

642	685	}	R.	
639	18			
633	693			
643	696			
S.B.R.	692			
657	690			
665	691			
674	692			
21	608			
672	993			
667	696			
671	69			♯
18	720			
654	707			
656	710			
671	17			
666	722			
670	721			
671	710			
23	10			
	712	}	R.	
ΠT.R.	713			
681	710			
700	708			
685	721			
683	714			
19	725			
682	715			
689	721			
684	714			
696				

Medio motu Saturni in secundum diem, gradum & horam ex tabulis communibus cognito, diligenter in primis obseruandum scias; vtru~ sit directus an retrogradus; purus, proprius, mixtus aut confusus. Hoc aute~ ex tabulis communibus non inuenies. Id circo præscriptam tabulam ordinauimus, in qua punctum principij motus eius & finis poteris inuenire qualibet hora, diuisis gradibus simul intercurrentibus in particulis minorurn. Ita videlicet ad quodlibet minutum in duas, tres vel quatuor partes horarias secundum proportionem motus puri aut confusi, hoc est, aliorum planerarum coniunctione & separatione obseruata, diuidatur: impossibile est enim vel per stellas vel per Spiritus stellarum te posse ad effectum huius artis peruenire, nisi motu punctuali cognito & diligentissime obseruato tuas operationes ad qualitates planetarum proprias noueris præcise ordinare. Nam in diuersis gradibus, signis, diebus, horis, minutis, secundis, tertijs & quartis planetarum effectus, quo ad hanc scientiam, diuersimode variantur. In quolibet enim gradu 25. mutationes diuersas obseruauimus & inuenimus: vnde & quemlibet gradum in totidem partes diuidere principales necessarium nobis videbatur. Ista autem diuisio non habet locum per omnes gradus, sed in illis duntaxat, in quibus stellæ nobis ad hanc artem conducentes oriuntur, cum quibus fit operatio ad significandum absentibus omne, quod volumus, ministerio Spirituum sine literis, sicut dicemus. Itaque prima tabula diuisionis graduum motus Saturni, quam præmisimus, primæ quartæ diei vel noctis deseruit perpetuo in his, quæ pertinent ad operationem Saturni & principium eius; secunda vero ad secundas tres horas, tertia ad tertias, & quarta ad quartas. Deinde subiecimus punctualem ordinem motus ipsius Saturni in ascendendo, quando videlicet fuerit in vno ex primis quatuor signis, quæ sunt Aries, Taurus, Gemini & Cancer. De reliquis octo signis etiam tabulam ordinabimus conseuentem.

Tabula Prima.

8.		9.		12.	
S.	R.	S.	R.	S.	R.
639	693	16	700	647	69
642	696	639	689	650	716
633	685	638	697	634	722
23	25	642	696	24	721
641	679	633	R 691	642	R. 714
R. 50	682	S. 13.	21	S. 648	24
642	22	644	682	643	724
634	690	648	684	6	710
24	692	643	24		721
647	685	23	679		714
632	25	0	682		719
					721

18 Lib. S.	21 Sag. S.
700	634
692	R. 663
691	673
21	R. 668
681	18
696	674
692	671
684	668
24	675
	666
	658

Tabula.

III	S.	4.	7.	II.	13.
	673	\overline{X}	\overline{E}	(\overline{X})	\overline{S}
	663	706	668	710	672
	665	725	675	717	667
	665	714	674	723	660
	671	24	671	718	20
	659	717	21	708	668
	633	709	671	721	675
	23	19	S. 667	714	674
\overline{X}	664	722	664	24	24
	663	707	24	X. 715	S.
	673	721	669	717	
	668	708	660	708	
	18	18	663	18	
	668		659	722	
	667		671	717	
	664		664	710	
	658			20	
				0	

16. \overline{S}	\overline{X}	19.	22.	24.	17
640	\overline{S}	\overline{S}	\overline{X}	Gem. \overline{S}	m. \overline{X}
642	\overline{S}	\overline{S}	\overline{S}	694	675
633	\overline{S}	707	6.7	696	668
23	\overline{S}	714	692	699	659
647	\overline{S}	722	684	696	19
642	\overline{S}	12	24	689	692
631	\overline{S}	709	700	19	657
	\overline{S}	721	691	S. 679	
20.	\overline{S}	718	691	681	
Sag. \overline{S}	\overline{S}	72	696	69. \overline{S}	
639	\overline{S}		684		
632	\overline{S}	23		718	
634	\overline{S}	\overline{X}	51	725	
633	\overline{S}	724	Sag. \overline{X}		\overline{S}
23	\overline{S}	717	634		681. \overline{S}
632	\overline{S}	17	646		
636	\overline{S}	722	S. 635	S. Ag. \overline{S}	
635	\overline{S}	717	646	695 \overline{X}	
646	\overline{S}	710			

X.
Motus planetarum purus.

649	549	333	Sat	650	626	
635	538	23	S	675	651	
646	534	S. 347	P	X. 700	S. 676	X.
639	546	342	Vir	725	701	
644	535	348	♃	550	526	
646	25	343	e	575	551	
635		♀ S.	a	S. 600	X. 576	S.
12	♂ X.	245	r	625	601	
647	427	232	M.	X. 450	426	
642	450	235		475	451	
634	X. 441	25		X. 500	S. 476	X.
24	444	246	n	525	501	
649	24	240	Sol	350	326	
635	432	246	L	375	351	
642	439	S. 18	P	S. 400	X. 376	S.
646	447	246	V	425	401	
645	17	235	Ve.	250		
645	446	♀ S.	Z	275		
634	442	131	S	X. 300	S.	
24	439	142	A	325	226	
	20	135	M.	150	251	
Imp. S.	0	133	C	175	X. 276	X.
542	♂ X.	23	n	S. 200	301	
534	347	147	p	225	126	
533	342	142	♄	50	151	
23	X. 346	148	R	75	S. 176	S.
546	349	S. 143	l	X. 100	201	
542	19	23	7	125	26	
539	343	150		Grad. 26. punctuata 725. 51		
19	332	139		S.	76	X.
	346				101	

De vario motu Planetarum, & interpretatione Tabularum.



VAMVIS in præsentī capitulo specialis nobis tractatus habendus sit de motibus Saturni & spiritibus eius, ac de operationibus in Steganographia per ipsos: ne tamen semel oportune dicta cogamur in quolibet capitulorum repetere: monendus lector studiosus fuerat, vt eorum quæ in hoc ipso capitulo dicimus, etiam in sequentibus studeat esse memor. Sunt autem singulorum planetarum varij motus & in diuersos alios omnes subtilissime partiuntur. Motus purus & proprius multiplex est, & varijs subtilissimis diuisionibus variatur. Directus, retrogradus, mixtus & confusus, to* ferme punctis variantur, quot à principio sui motus in circulo diuelluntur. Quid dicam te coniunctione ipsorum planetarum ad inuicem? Nam, sicut Ptolomæus in Gentiloquio ait, centum viginti coniunctiones in ipsis planetis, videlicet binariæ 21. ternariæ 35. quaternariæ 35. quinariæ 21. senariæ 7. & septenaria vna. Et de hi* suo loco dicemus. De cæteris autem motibus quamuis dare certum terminum non possumus propter infinitam diuersitatem, quibus quotidie punctis crescentibus aut minuentibus, variantur ignorantes: ad plenum tamen, quantum nos obseruare potuimus, inuenimus diuisiones plus quam 300000. in quibus omnes huius artis operationes, quo ad effectum, sæpe variantur. Et nisi quis valde expertus in omnibus his, fuerit scieritque motus ipsorum planetarum medios perfecte, ac deinde minutissimas diuisiones punctuales, quæ ex quartis, tertijs, secundis minutis & gradibus in æqualibus subtilissime diuisis proueniunt: facile in veros ei rores incidet, & graue periculum vix euadet. Ad perfectam itaque huius scientiæ institutionem tres tabulas ordinauimus: in quarum prima motum Saturni secundum quatuor partes, tam diei quam noctis, proprium videlicet & purum, ad punctualem radicem reduximus, & ad verum ascendens cuiuslibet signi punctum ordinauimus. Incipientes a primo gradu Arietis, puncto 641, 8II & 69. totum Zodiacum in secunda tabula complexi sumus. Deinde in eadem secunda tabula motum Saturni in quolibet duodecim signorum ad omnes quartas diei & noctis ita digessimus ad minutias, vt qualibet hora nobis gradu ascendens, in quo fuerit Saturnus ipse, cognito, clare patescere possit radix ipsius punctualis, semel autem terminata calculatur alicuius quod nostra ætas nescio si vnquam pertingere possit, tabula denuo à capite sui principij incipienda est. In tertia tabula septenariam coniunctionem Saturni cum cæteris planetis, quæ vnica est, ad proportionem puncti reduximus; per quam omnes coniunctiones 120. facile ad punctum reducuntur. In eadem tabula purus motus planetarum omnium per punctualem principij cuiuslibet diuisionem, progressionem & elongationem à puncto in quolibet motu cognoscitur, si medius motus antea perfecte habeatur. Nam sine cognitione medij; motus impossibile est aliquem ad practicam huius scientiæ posse accedere. Rursus etiam si rmedium motum & verum similiter perfectissime intelligas, nihil tibi ad huius scientiæ cognitionem proderit, nisi præscriptas tres tabulas ad omnes punctos diuisionum in motibus planetarum a gradibus inæqualibus æqualiter sumptos per minutias singulas ad integrum intelligas. Sed iam ad operationem procedamus.

Cognitis autem omnibus, intellectisque perfecte his, quæ diximus, & auxiliante Deo, dicturi sumus: cum volueris in hac profundissima speculatione operari: in primis oportet te scire ortum, exaltationem & occasum omnium stellarum octauæ Sphæræ, per quas fit operatio: & quantum quælibet distet ab alia. Sunt autem. Stellæ, per quas operamur ad nunciandum secretu~ quodcunque absenti siue verbis siue scriptis & sine homine nuncio, septingentæ numero, quarum nomina, loca, ortus, occasus, eleuationes, distantias, accessus regressus in libro speciali descripsimus, quos nimis studiosum esset

hic denuo inserendo repetere. Itaque obseruata stella in omnibus sicut oportet, & cognoto puncto ascendentis in quo Saturnus eadem hora fuerit, si per ipsum fit operatio: diligentissime considera qualitatem motus ipsius, vtrum sit directus an retrogradus, purus an mixtus, proprius an cum alijs impedimentis aspectuum malorum coniunctus, discretus an confusus. Deinde punctu~ principij motus in eodem signo tam ipsius Saturni quam cæterorum planetarum ei coniunctorum ex tabulis communibus, & his quas præmisimus, subtilissime & proprie calculatum scribe in charta munda: & quantum sit progressus, quantum eleuatus, quantumve depressus, diligenter obserua. Hoc idem facies in cæteris planetis, Saturno vel illi, per quem fit operatio, coniunctis: Simili modo diligentissime obserua, quo aspectu se mutuo planetæ aspiciant, an trigonus, quadr. coniunctio vel sext. Quia in ipsis latet huius operationis maxima vis. Ite~ ante omnia obserues, in qua quarta sit Saturnus non solum quo ad diem aut nocte~, sed etiam quo ad signum in quo est, & quo ad annos à principio mundi, quando fuit in domo, sua primo creatus: quia omnia ista sunt necessaria. Et nota, quando Orifiel angelus Saturni regit mundum in suo ordine, quod regimen ducet annis 354. mensibus quatuor. Tunc omnis operatio huius profundissimæ scientiæ, quæ pertinet ad opera Saturni, & quæ fit per eu~, facit e, & sine magno labore: perspicuu~ consequetur effectum. Et simile de cæteris planetis est obseruandum. Quicumque ergo, cognitis principiis huius artis, sine difficultate voluerit operari per eam, per illum planetam operetur, cuius angelus principalis isto tempore orbem gubernare facili calculatione inuenitur. Igitur, calculatis diligentissime omnibus, processurus ad operationem, obserua, quis angelus Saturni præsit illi quartæ diei aut noctis: & nomen eius scribe cum nomine stellæ, per quam vis operari, quam te videre necesse est. Omni autem tempore stellas tibi necessarias videre poteris, arte quam tradidimus, siue in die siue in nocte. Deinde scribe in eadem chartula cætera, quæ scis secretissima, cum en causto ad hoc nostro more præparato; sicut scis. Postea pone schedulam ipsam, quam scripsisti, ante te super mensam & scribe in aliam chartam mentis tuæ conceptum, quod vis scire absentem: & inuolue has duas schedulas ad inuicem, & pone in loco eminentiori ante te super mensam aut pulpitem. Et dic coniurationem ad Spiritum, per quem operari, sibi appropriatam. Aut si malueris sine scriptis omnino nunciare secretum per Spiritum, vel sine Spiritu, in tuo arbitrio sit positum. Eiusdem namque operationis est, cum Spiritu vel sine Spiritu secretum nunciare amico, paucis alteratis, sicut suo loco dicemus. Iam differentia operationum Saturni & Angelorum eius secundum quatuor quartas principales cum coniurationibus vnicique per ordinem appropriatis componemus: quibus vtendum est, cum per Spiritum nunciatur arcanum.

*De primo Angelo Saturni, qui est principalis, & vocatur Ori-
fiel, qui primam quartam Saturni
obseruat.*



P RIMVS & principalis angelus Saturni, sicut in præcedentibus diximus, vocatur Orifiel, qui cum cæteris angelis planetarum in ordine suo orbem regit annis 354. mensibus quatuor. Hic habet primam partem tam in die, quam in nocte: & per eum fit operatio ab ortu Solis in die, & ab occasu Solis in nocte, vsque ad tertiam horam inclusiue in omnibus, quæ ad Saturnum pertinent, & in eius die ac nocte, sicut diximus. Cum itaque in prima quarta Saturni aliquid volueris, nunciare absenti sine verbis, & sine literis: tum Spiritus Saturni non alius, quam Orifiel, tibi vocandus est: quia per eum poteris omnia nunciare perfectissime. In primis considera, in quo signo sit iste Saturnus, & in quo gradu, & an sit directus vel retrogradus, & quibus planetis sit coniunctio. De primo ponamus exemplum: Ecce Saturnus iam est in 25. grad. Tauri, die 28. mensis Aprilis anni præsentis, qui est

Domini 1500. Nunc itaque ducamus 25. per 25. & fiunt 600. hos diuidamus per quatuor quartas æquales: & manebunt cuilibet quartæ 150. compleamus omnes gradus Saturni in signo Tauri & erunt 30. Ducamus at eum 3. per 25. in toto, & fiunt 750. Reijciamus quatuor gradus superfluos à medio tertiæ, quartæ & remanebunt 650. Accipiamus nunc punctum motus Saturni ex tabula ad præsentem diem & horam: & scire poterimus, quis sit ortus, eleuatio & occasus Angeli Orifielis cum Saturno in prima quarta: quibus cognitis, facilis erit operatio nostra.

Tabula.

S.	R.	S.	R.	R.	S.
<i>Hora 1.</i>	<i>Hor. 2.</i>	<i>hor. 3.</i>	<i>grad.</i>	<i>punct.</i>	<i>hor. 1.</i>
640	635	22	25	634	632
642	R. 646	S. 647	R. 3	646	32
634	25	646	2	S. 648	S. 640
646	640	632	1	632	650
635	646	634	4	639	644
646	642	12	1	647	639
			5		
R.	S.	R.			
<i>hor. 2.</i>	<i>hor. 3.</i>	♄			
632	632	650			
640	640	640			
24	S. 633	R. 646	S.		
647	632	639			
638	632	650			
639	640	626			
		R. ♄			

His diligentissime consideratis; Orifielem Angelum Saturni constat esse separatum á Saturno 25. gradibus, & 15. minutis: & est ad Oriente~, à primo puncto motus Saturni 625. gradationibus distans, à fine motus 25. minutis. His cognitis, fac imaginem ex cera, vel pinge in charta~ nouam figuram Orifielis in modu~ viri barbati & nudi, stantis super tauru~ varij coloris, habentis in dextra librum, & in sinistra calamum: quem dum facis, dic: Fiat hæc imago magni Orifielis plena, perfecta & apta nunciare mentis meæ secretum N. filio N. amico meo secure, fideliter & integre, Ame~. Scribe in fronte nomen tuum cum encausto ex oleo rosarum temperato, & in pectore nomen amici tui absentis dicens, Hæc est imago N. filij N. cui per Angelum Saturni Orifielem nunciatur mentis mentis meæ conceptu~, Amen. In fronte imaginis scribe Merion & in pectore Troesda. Deinde coniunge ambas imagines simul, dicens: In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Audi Orifel princeps Stellæ Saturni, & per virtutum omnipotentis Dei adiuro te, ausculta: præcipio & mando tibi per virtute~ istius

imaginis tuæ, vt nuncios N. filio N. hanc intentionem meam (explicetur intentio) quantocyus secure, secreta & fideliter, nihil obmittens coru~, quæ eu~ volo scire, & quæ tibi commendauit. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Deinde inuolue ipsas imagines sic coniunctas simul pa~no mundo loto cum aqua albisine, & pone eas in vas mobile, q_e appellant sapientes Indie *pharnat alronda*: & cooperi illud superius diligenter cu~ corio raso, ac pone in introitu alicuius habitationis clausæ, vbicunq; volueris ad spacium 24. horaru~: & sine omni hæsitatione tuum desideriu~ intra illas 24. horas perfecte adimpletur: scietq; amicus tuus absens intentionem in omni forma perfectissime, sicut eam super imaginem dixisti (quantumcunq; prolixa fuerit) & quicquid ilium ex te scire volueris, sciet in illis 24. horis perfecte & secretissime: ita quod nunquam in æternum aliquis homo potent hoc percipere aut scire sine voluntate tua aut amici tui. Et est magnum secretum, quod nullus sapientu~ ante nos literis commendare ausus fuit. Amicus autem ille tuus si quid te scire voluerit ex suis negotiis: cum eodem spiritu te potest facere certiore~ intra idem spacium 24. horaru~: modo sit in hac arte bene perfectus. Tu autem, 24. horis elapsis, leua imagines de loco, in quo positæ sunt: & repone eas, quia omni tempore Orifielis per eas operari potes non solum ad illum amicum tuum, sed ad quoscunq; alios, mutato duntaxat nomine ipsius amici in illius nomen, quem volueris aliquid scire. Et nota, quod non oportet ipsas imagines depingi pulchras aut curiosas: sed quantumcunq; sirmplikes fuerint, nihil refert: modo habeant aliquam similitudinem proportionatam, ita vt imagines hominum esse cognoscantur. Qui autem eas pulchre depingere voluerit & poterit: nihil impediet, nec prodest.

LOco angeli Sadaelis ex consideratione stollæ fixæ ad punctum motus Saturni inuento, fac dus imagines (eo modo, quo diximus in operatione præcedenti) Orifielis cum inscriptionibus, contestationibus & alijs singulis, quæ ibi dicta sunt. Quibus completis, pone ipsas imagines super quinq; ramusculos herbæ thrasnote extra domum in loco securo & secreto, & dic super eas: In nomine + patris & + filij & + Spiritus Sancti, Amen. [Sunt ... rubræ] Sicut istas duas imagines Sadaelis angeli & N. filij N. amici mei simul coniunctas super hos quinque ramos mobiles posui, ita tibi Sadael in virtute Orifielis principis tui magni præcipio, vt mentis meæ secretum, quod tibi explicando commisi, sine mora ad notitiam præfati perferas amici. His dictis dimitte ibidem imagines per 24. horas; & fiet quod voluisti: scietque amicus tuus omne quod super imagines dixisti, perfectissime ac secreta. Item si volueris de aliquo absente scire, quomodo valeat, & verum statum eius in 24. horis: quantum cunque longe sit, isto modo scire poteris. ET OMNIA QVÆ FIVNT IN MVNDO, CONSTELLATIONE OBSERVATA, PER HANC ARTE SCIRE POTERIS.

De tertio Angelo Saturni, qui est secundus sub Orifiele, & vocatur Pomiel, præsidens terciæ quartæ Saturni.

TERTIUS angelus Saturni vocatur Pomiel, qui est in ordine secundus sub Orifiele, principali angelo Saturni: præsidet horæ Saturninæ septimæ, octauæ & nonæ, tam in die quam in nocte, in omnibus, quæ pertinent ad operationem Saturni. Locum eius, quoniam cum suo mouetur ordine ad stellas fixas 25. gradibus ab Oriente, per tabulas dispositis suis horis, ita inuenies.

De secundo Angelo Saturni, qui est primus sub Orifiele & vocatur Sadael, præsidens secundæ quartæ Saturni.



ECVNDVS Angelus Saturni vocatur Sadael, qui est primus sub Orifiele in ordine constitutus, & habet secundam partem post suum principem, tam in die quam in nocte, in operibus & temporibus Saturni: hoc est, quartam, quintam, & sextam horas inæquales. Cum itaque in his tribus horis aliquid nunciare volueris ad amicum absentem in viginti quatuor horis, sine literis, sine verbis & sine nuncio: fac id per omnia & singula, quæ in operatione præcedenti diximus: & observa punctum secundi motus Saturni in gradibus suis ad signum, in quo planeta ipse mouetur, & qualis sit motus, & vbi sit Spiritus mouens astrum, quantum recesserit, & quantum eleuetur a centro sui motus, quantumcunque distet a puncto quolibet totius circuli siue sphaeræ. Ad horum scientiam consequendam est tabula hæc.

R.	S.	R.	S.	R.	S.	
hora 4.	hora 5.	hora 6.	hora 4.	hora 5.	hora 6.	
069	060	034	073	055	069	} R.
075	071	24	003	007	051	
054	S. 061	R. 006	S. 059	R. 058	S. 075	
075	057	007	23	18	69	
25	071	074	072	073	003	
070	064	007	057	075	23	
R.	S.					
hora 4.	hora 5.					
058	068					
060	003	R.		R.		
067	S. 059	Saturn.				
057	556					
065	053	S.				
062	052					

S. hora 7.	X. hora 8.	S. hora 9.	X. hora 7.	X. hora 9.	
694	685	684	698	Sat. 685	
700	696	12	688	676	
679	686	S. 691	X. 684	S. 700	S.
700	X. 682	692	24	694	
24	696	699	697	688	
695	689	692	682	18	
S. hora 8.	S. hora 7.	X. hora 8.			
680	683	693			
692	685	688			
683	692	X. 684	S.		
23	X. 682	24			
698	690	0			
700	687	677			

Motu Saturni certificato, & inuento punctuali loco Pomielis, fac duas imagines, per omnia, sicuti diximus.

FINIS TERTII LIBRI.

1579. Trithemius, Steganographie: Ars per occultam Scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi certu, 4to, Darmst. 1621 (Written 1500. First printed edition: Frankfurt, 1606.)

British Library, printed books

Shelf mark: 819 e 14

Author: J. Trithem

Title: Steganographia: Hoc est: Ars per occultam, etc.

Place and date of publication: 1621